

00 300

Liber

Cholæ Wernigerodane
1698.

38

Scrin l. n. 43

927

42061



VIRI ILLUSTRIS 5
GASPERIS
SCHOPPI CI-
VIS ROMANI,
SANCTI PETRI E-
QVITIS, CONSILIA-
RII FERDINANDI
ARCHIDVCIS, &c.

OBSERVATIONES
LINGVAE LATINAE,

*In gratiam & usum stu-
diosae adulescentiae nunc ite-
rum edita.*



HELMÆSTADI,
Typis LVCIORVM, sumptibus
IEREMIAE RIXNERI,

ANNO MDCCXXIX.



A V C T O R I N E
P I S T . D E C O M P E N -
D I O S A L I N G V A E L A -
tinae exactius cognoscen-
dae ratione ad Henr. Bo-
ckium IC.



C O M P A R A B I T etiam
Antonij Schori Phrases
linguae Latinae, saepius in
Germania recusas, in ijs-
que ediscendis plurimum studij
operaeque ponet, phrasesque ex solo
Cicerone in librum illum, non
nisi laudatissimo labore, collatas
cottidiano exercitio imitabitur.
Quam ad rem vtilissimum foret,
si quis typographorum librum il-
lum, ut a me recognitus, & ad o-
ptimam breuitatem redactus
fuit, euolgaret.

A 3

I D E M

I D E M

**Suspect. lection. lib. 1. E-
pist. 2. ad Ducem Brunsvi-
censem & Lunebur-
gensis.**

NULLVS enim in Comico-
rum morem pro non dixit,
ut in meis illis ad vos missis Obser-
vationibus videre potuisti.



O B.



OBSERVATIONES
LINGVAE LA-
TINAE.

A.

A B aliquo esse, id est, alicui ad-
sentiri, & sententiam eius
confirmare.

Vide, ne hoc totum à me sit.

*Ab aliquo solvere, representare, dare,
numerare, id est, alicui solvere
per alium.*

Tibi quod debet ab Ignatio soluit.

*Ab, id est, quantum ad illud atti-
net, vt; ab equitatu firmus, ab ex-
ercitu instructus. Flagitiosè impa-
ratus cum à militibus, tum à pecu-
nia. Inops ab amicis. Impunitas à
iudicio.*

Abdicare se magistratu, tutela.

Abdo me in bibliothecam. Fugiens in-

2 OBSERVATIONES

scalarum tenebras se abdedit. Litteris ita se abdiderunt. Domum se abdere.

Abduco, pro auerto & amoueo.

Animum à cogitatione, à sollicitudine abducere. Abducere se ab angoribus & molestiis.

Abeo, pro desino, cesso.

Nausea planè abiit. De loco abiit pestilentia. Verba illa, ô hominem facilem, ô hospitem non grauem, abierunt. Pro adsentior, in sententiam discedo. Abire ad vulgi opinionem. Quid ad istas ineptias abis, inquit.

Abire longè, id est, remotiora exempli petere. Audi, ne longè abeam, quid dicat Epicurus.

Abire sic. Terent. Andria: Mirabar hoc si sic abiret. Cicer. Non hoc tibi sic abibit.

Abire, pro omittere, nec amplius de illo loqui.

Sed ab hoc parumper abeamus, quanto

LINGVAE LATINAE. 9

quandoquidem de genere, non de homine quarimus.

Abire magistratu, consulatu.

Abire ab emptione, id est, ratam non habere.

Abi, imprecantis. Abi in malam crucem. Quintu abis in malam pestem malumq, cruciatum.

Abhinc, cum Accusativo:

Si Pompeius abhinc annos quingentos fuisset.

Abhinc duos & viginti annos mortuus est.

Abhinc triennium.

Cum Ablativo:

Comitiis abhinc triginta diebus habitis.

Abicio, de contemptu vel desperatione. Famam ingenij abicere, id est, non curare.

Abicere voluntatem discendi, consilium profectiois.

Abicere cogitationes in rem tam humilem.

A 4

Ab-

4 OBSERVATIONES

Abiectus, contemptus, vulgaris, humilis. Causa contempta & abiecta, id est, leuis. Ipsi inter nos abiecti neglectiq; sumus.

Abiectus metu. Sum animo perculso & abiecto. Animus abiectior & spes amplificanda fortuna fractior.

Abiudicare, eicnem aberkennen.

Nulla res cuiusquam tam patria atque amita fuit, que non ab eo imperio abiudicaretur.

Alexandriam à Pop. Romano abiudicabit.

Abiurare, Cic. pro iurare, quod nō debeas. Plaut. Periurio negare quod debes. Cicero ad Attic.

Mihi abiurare certius est quam dependere. Plaut. Abiurare creditum.

Pecuniam in iure abiurare.

Abrogare alicui magistratum. Collega suo imperium abrogauit. Legi vel legem abrogare. Potestatem intercedendi collega abrogauit.

Abrogare fidem, Quibus abroges fidem iuris-

LINGVAE LATINAE. §

*iurisiurandi. Hæc res fidem abrogat
orationi. Fidem fama abrogare.*

*Abstinentia, cui opponitur rapaci-
tas. vt: Prætoris abstinentia in pro-
uincia. Possum multa dicere de Pro-
uinciali eius in eo magistratu absti-
nentia.*

*Abstinerè animum ab vxore, opi-
bus alterius, oculos ab alienis
abstinere. Si quicquam cælati in
conuiuio adspexerat, manum absti-
nere non poterat. Nullo dedecore se
abstinent.*

*Abstinerè manus ab aliquo, pro non
percutere, & occidere aliquẽ.
Vix homines manus à te abstinerè
possunt. Quod me ad vitam vocas, v-
num efficis, vt à me manus abstineã.*

*Abesse propius, id est, propinquo-
rem. Antiquitas propius aberat ab
ortu. Propius à morte abesse. In his
locis, quæ à Brundisio absunt propi-
us, quàm tu.*

*Abesse pro deesse, desiderari & re-
quiri.*

6 OBSERVATIONES

quiri. *Due res maxima altera alteri absuit. Quod ex eade Minerva hoc & illud abesset. Petierunt ut sibi ignosceretur, quod haeres abessent.*

Abesse alicui, opp. adesse & defendere. Si cum iisdem in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis absuisse.

Me qui Antonio abfuerim, Syllam defendere.

Abesse, es fehlt nichts/ oder nicht viel. Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare. Prorsus nihil abest quin sim miserrimus.

Abesse à Sole, eim auß der Sonnen gehen: de Diogene & Alexandro magno, qui Diogeni apricanti officiebat.

Abuti, in laude positum pro vti. Qua igitur studia magnorum hominum sententia vacationem habent etiam publici muneris, iis, concedente r. p. cur non abutamur?

Accedere, pro in aliquid consentire. Ad

re. Ad utram potius legem accedere oporteat. Condemnari malebant, quam ad eius conditiones pactionesq; accedere.

Accedere ad aliquid, ad similitudinem. Alexidis manus tam prope accedit ad similitudinem litera tua. Vtrius oratio ad veritatem propius accederet.

Et alicui, pro similem esse.

Crasso proximus accedebat: sed longo intervallo tamen proximus. Huic tua virtuti proximè accedere.

Accessionem adiungere adibus, id est, partem aliquam ædificare ad ædes. Cic.

Accidere, pro esse.

Tibi novum accidisset, tamquam mihi, Das ist mir Spanisch fürkommen. Hoc mihi accidit incun-
disimum. Illud mihi permirum accidit.

Accipi. Verberibus ad necem accipi. In oppugnandâ urbe malè acceptus.

8 OBSERVATIONES

Totis voluminibus concidere,
malè accipere. Figere maledictis
aliquem, malè accipere verbis. Ve-
hementer aliquem accipere.

Accipi hospitio vel conuiuio. Magni-
ficentissimè ab illo hospitio acceptus.
Agresti hospitio acceptus. Regio ap-
paratu accipere. Honorificè accipe-
re. Hilaris & benè acceptus.

Accipere pro intelligere, interprē-
tari. Vt contrà ac dicat, accipi ve-
lit. Ea, quæ parum acceperis, quare-
re. Non tam interest quo animo ali-
quid scribatur, quàm quo accipia-
tur. Vt sciam, quomodo hac acci-
piat. Quæ quidem in eam partem
accepta sunt. Durius accipit hoc,
quàm velim, & quàm homines belli
solent. Beneficium in contumeliam
accipere.

Accipere pro audire, vt: De Socrate
accepimus. Accipit fama & audi-
tione esse quoddam numen.

Accommodare. Ades amico cuiquam
ad nūc

LINGVAB LATINAB. 9

ad nuptias accommodasse. Peto Euan-
andro de habitatione tua accommo-
des. Si quid iste suorum adilibus ac-
commodavit.

Acquiesco, pro delector, probo,
contentus sum. Nulla est respub.
qua delectet, in qua acquiescam.
Pro Deiotaro: In tuo ore vultuq;
acquiesco.

Adequare absolutè, pro parem ef-
fe: Quæ à me ipso effecta sunt, deo-
rum vitam possint adquare.

Addere in aliquid, pro alicui. In illā
orationem addidi quædam. Eas epi-
stolas in eundem fasciculum velim
addas.

Adducere, dicitur de ijs, quæ con-
tenduntur, cui opponitur re-
mittere.

Ambulanti ramulum adductum, ut
remissus esset, in oculum suum reci-
disse.

Ballistæ eo graviores emissiones ha-
bent, quò sunt contentæ atq; adductæ
vehementius.

10 OBSERVATIONES

*Adire in ius. Cum ad prætorem in ius
adiissemus. De suis controuersis in
ius adire.*

*Adherescere in loco. Ad quamcumq̃
sunt disciplinam quasi tempore de-
lati, ad eam tamquam ad saxum ad-
herescunt, Idem de Sirenibus:
Ut homines ad earum saxa discendi
supiditate adherescerent. Fac veni-
as, si in his locis potes adherescere.*

*Adhibere in conuiuium, in confi-
lium, non ad consilium. Adhi-
buit sibi in consilium, quindecim
principes*

*Adhibere in aliquē crudelitatem.
Adhibere, cum Datio.*

*Adhibitam vim ingenuis. Adhiben-
da vis est veritati. Cum audiuisset
adulescens negotium adhiberi
patri. Medicinam vel remedium a-
gro volneri adhibere.*

*Adigere arbitrum, id est, capere.
Si in vrbe de finibus controversia
est, quia fines magis agrorum esse vi-
dentur,*

LINGVAE LATINAE. II

dentur, quàm urbis, finibus regendis adigere arbitrum non possis.

Adicere oculos alicui rei, hac phrasi significabant cupiditatem alicuius rei. *Quin ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent.*

Planè videbant adiectum esse oculum hereditati.

Adiudicare, opponitur τω, abiudicare, de quo supra. *Necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus est, inclinatione voluntatis propendeat in nos. Domum, agrum alicui adiudicare. Ipsam Veneri in servitutem adiudicat.*

Adiungere de amicitia & coniunctione. *Adiungere sibi aliquem. Novas necessitudines adiungere. Hominis amicitiam sibi adiungere. Homines adiungere atq; inuitare ad amicitiam. Ad suam amicitiam vel necessitudinem aliquem adiungere.*

Admiscere ad aliquid, id est, con-

nunc-

numerare aliquem in numero aliquo.

In hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo &c. Trebatium verò meum quod admisceas, nihil est.

Admittere aliquid, & in se aliquid, pro, comittere & delinquere. Maleficia admittere & committere. Quodnam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi.

Deos intueri qualis quisq; sit, quid agat, quid in se admittat.

Admonere debitorem, pro debitum flagitare. Admonitus huius aris alieni, nolui deesse ne tacite quidem flagitationi tue. Cū tibi cottidiè potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. Dolabella procuratores fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam.

*Adoptare patronum & defenso-
rem,*

rem. Me unum patronum adoptavit. Ego autem quem potius adoptem, aut innocem, quam illum, quo defendente vincere didici.

Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris, & ultorem iniuriarum & actorem totius cause.

Adornare, pro ornare & subornare. Duo maria maximis classibus ac presidis adornavit. Forum comitiumq; adornatum magnifico ornatu. Petitionem consulatus diligenter adornat atq; instruat. Omnis testium copia à matre initio est adornata, à matre nunc instruitur, ac omnibus eius copiis ac opibus comparatur.

Adesse, id est, ab aliquo esse, etnenn beystehē. Adesse alicui contra aliquē. Ego tuis rebus adero ut difficilimus. Adesse propius ad mortem.

Adversus, a, um, das entgegen ist. Adversam adscendit ripam. Antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia.

14. OBSERVATIONES

vestigia. Solem aduersum intueri. Aduersum vulnus seu, cicatrix, quæ anteriore parte resistendo, nõ fugiendo, accipimus. Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. Indicibus cicatrices aduersas ostendere.

Aduersus & auersus, forn vnd hinden. Auersus & auersus impudicus es.

Aduocatnm venire alicui, id est, defendere. Si constitueris te cuiquam aduocatum in rem presentem esse venturum. Aiunt se Ebutio cum armatis seruis venisse aduocatum.

Aquari pro comparari, conferri inter se. Inter quos posset excellere, cum iis se pati aquari. Omnium scelera, si in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte aquari conferriq; posse.

Afferre, pro nunciare aliquid. Noni aliquid adferre. Odiosa de illo ad nos adferuntur. Literis aliquid de aliqua re adferre. Adferre in patriam si quid

si quid acciderit. Nondum satis atlatum esse, quomodo &c.

Adferre pro allegare & citare. Rationem adferre, cur. Facti rationem adferre. Causam adferre.

Adferre, pro opponere in contrariam partem. Legi legem contrariam adferre. Sed adfers cor non fuisse. Exemplo adferre aliquid factum esse.

Adferre vim, manus, necem, pro inferre. Confessus est se Pompeio suis manibus necem adferre voluisse. Vim & manus alicui adferre. Vim matribus famil. adferre. Alienis bonis manus adferre.

Affectus pro dispositus, de animi aut corporis statu.

Oculus conturbatus, nec probe adfectus ad suum munus fungendum. Graui morbo adfectus. Ita adfectus sum, ut si ad grauem valetudinem labor accesserit, mihi diffidam. Desperatione adfectus. Variè sum adfectus tuis literis.

Adfe-

Adfectus, id est, animatus, gesinnet.
Nemo est liber, nisi qui ita adfectus
 est. Eodem modo sapiens erit adfe-
 ctus. Erga eum est ita adfectus, ut ne-
 mo unici filij mortem magis dolue-
 rit, quam ille mœret patris.

Respublica malè adfecta, id est, dispo-
 sita.

Adfectus ætate, senectute. *Nemo æ-
 tate tam adfecta* neq; viribus tam in-
 firmis fuit, &c.

*In eius infirmissima valetudine adfe-
 ctusq;* cum ætate, &c. *Metellus sene-
 ctute adfectus.*

Adfectus, id est, nondum ad finem
 perductus. *Bellum adfectum* vide-
 mus, & verè ut dicam, penè confè-
 ctum.

Adfecta iam propè æstate vvas à sole
 mitescere tempus est.

Affigi animo.

In sensu meo penitus adfixum & insi-
 tum est. *Ea maximè ais adfigi no-
 stris*, quæ essent à sensu tradita atq;
 impressa. Affi-

Affixus alicui. Iubes illum mihi esse adfixum, tam quam magistro.

Habere aliquem sibi adfixum,

Affligere est demoliri & humi prosternere. Statuam illius deturbant, affligunt, comminunt. Domum alicuius affligere. Adulescentiam plenam spei maxima percussisse atq; afflixisse videamini.

Affluere aliqua re, id est, abundare.

Homo diuitiis adfluens. Omnium rerum adfluentibus copiis ditari.

Domus omni scelere adfluens. Ocio nimio & ingeniis uberrimis adfluentes.

Agitare, pro inquirere & versare in omnes partes. Mens agitandis inquirendisq; rationibus alitur. Sententia in senatu agitata.

Agitare, pro vexare, & insectari. Excitare & agitare feras. Furiis agitari & perterreri. Alias aues insectatur & agitat aquila.

Agit

*Agitatio pro motu. Agitationibus
& motibus linguae cibus depellitur.*

*Agitatio pro cogitatione. Ad quod
adhibenda est quaedam actio, non so-
lum mentis agitatio. Actio mentis
& agitatio in Deo. Nunquam animus
agitatione & motu vacuus esse potest.*

Agere cum aduerbijs qualitatis, vt:

*Praclarè, benè, malè agere. Cum illo
actum optimè est: mecum autem
incommodius. Praclarè cum illis a-
gimus, quos peccatos esse patimur. O-
ptimè cum eo actum, qui quàm leuis-
sima poena ab hac r. p. discesserit.*

*Agere pro in discrimen & pericu-
lum vocare. Agitur salus sociorum.*

*Agebantur haec in conuentu. Agi-
tur magna res. De capite & fama
agitur.*

*Agere diem festum, natalem. Age-
re diem suum natalem quotannis.*

Agere aliquid, pro conari, quærere.

Nec, nunc id agimus vt explicemus.

*Cum maximè fallunt, id agunt, vt
viri*

*viri boni videantur. Ego id semper
egi, ne bellis interessem.*

*Agere aliud, vel alias res: non atten-
dere. Oppius aliud agens, & nil
eiusmodi cogitans. Vides cum alias
res agamus, quam te iuviti audia-
mus.*

*Agere cum aliquo, dicebant, quod
volgo, loqui cum aliquo.*

Agere Verbum Iudiciorum.

*Cum miles domum reuenisset, egis-
setq; lege in hereditatem paternam.
Quod agas mecum ex iure civili &
pratorio, non habes. Agere cum ali-
quo ex syngrapha; ex sponso. Agere
furti cum aliquo.*

*Alienus, cum ablatiuo sine præpo-
sitione. Non putavi esse alienum
institutiis meis; amore nostro. Non
sum arbitratus alienum hæc ad te
scribere. Alienum mihi videtur di-
gnitate imperii.*

*Alumnus, de eo, qui alit. Eloquen-
tia benè constituta civitatis, quasi a-
lumnus*

24 OBSERVATIONES.

lumina quadam. Pacis alumnus. Ambigere, pro eo, quod volgo controuertere, seu disceptare.

Ambigunt adgnati cum eo, qui est secundus heres. De hereditate. De fundo ambigitur.

Ambitum verborum vocat Cicero. Græci periodum.

Ambulare, id est, proficisci aliquo.

Triduo septuaginta millia passuum ambulare. Si rectè ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit.

Amo te multum, id est, gratum mihi est. Te multum amamus, quod ea abs te diligenter curata sunt. Multum te amo, quod respondisti.

Amplecti pro complecti, comprehendere. Quod ego pluribus verbis amplecterer si non &c. Non ita amplecteris artem, ut alij solent.

Amplecti pro benè velle alicui, diligere. Me amicissimè cotidiè magis amplectitur. Nimis amplecti plebem

berem pntabatur. Ius civile tam vehementer amplexus.

Ampliare, pro differre iudicium vel sententiam.

Amplius cum nominatiuo & accusatiuo. Amplius sunt sex menses.

Amplius centem ciues Romani. Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coegi.

Anniversarius, quod vnoquoque anno semel fit. Syracusani festos dies anniversarios agunt. Sacra anniversaria.

Antiquior, id est, carior. Antiquiorem ei fuisse laudem & gloriam, quam regnum & possessiones suas.

Appellare, id est, alloqui, ansprechen.

Comiter, superbius, asperius aliquem appellare. Blando sermone milites appellare. Nomen alicuius appellare.

Aliquem nomine appellare.

Appellare debitorem, id est, exigere solutionem. Appellatus es de pecunia, quod pro sectione debebas. A

B

me pe-

me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis.

Appellare, verbum Iudiciorum. A pratore, ad tribunos appellare. Appellasti tribunos, ne causam diceres.

Appellere, pro venire ad aliquem. Visusq; est in somnis pastor ad me appellere.

Applicare se, pro conferre se aliquo, de animo & corpore dicitur.

Alij ad philosophiam, alij se ad ius civile applicant. Ad scribendam historiam se applicare. Ad alicuius familiaritatem se applicare. Applicare se & adiungere ad virtutē. Ad se diligendum omne animal applicatum est. In itinere se tam familiariter ad me applicavit.

Apponere accusatorem, calumniatorem, prauaricatorem, id est, corrumpere aduersarium, vt colludat, licitatorem, Cic. pro subornare, qui falso accuset.

Appo-

Appositus, id est, aptus, idoneus oportunus. *Menses tres ad dicendum maximè appositos mihi eripuistis. Locus minimè appositus ad tolerandam calamitatem.*

Aptus de ijs, quæ ordine certo iuncta sunt, & cohærent quasi catena aliqua, id est, dissolutus. *Orbes vincti inter se & nodis cælestibus apti. Sic inter se pleraq; sunt apta & connexa. Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. Is beatissimus est, qui est totus aptus ex se, qui in se vno sua ponit omnia.*

Arcessere à capite, id est, à principio repetere. *A capite quid velimus arcessere, & unde omnia manant, videre.*

Arguere sceleris, scelere & de scelere. *Nunc non modò te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. De eo crimine agi, de quo arguatur.*

Argutus, quod sua facultate, quasi rem ipsam manifestis argumētis ac sensibus subijciat. Sunt qui vel *argutissima* hac exta esse dicant.

Oculi nimis arguti, quemadmodum animo adfecti simus, loquuntur. Ex ambiguo dicta vel *argutissima* putantur. De rebus difficilissimis *argutissime* disputare.

Adsciscere pro adiungere. Nihil unquam dixi de me sublatius adsciscenda laudis causa.

Adscribere, quibus casibus iungantur exempla docent. Socium me adscribit tuis laudibus. Adscribo ad iudicium tuum meam quoque sententiam. Hunc ad tuum numerum adscribe. Tu adscribe me talem in numerum. Petiuit ut se in amicitiam tertium adscriberent. Adscribi civitati, & in civitatem.

Adspectus, sensus ille quem visum vocant. Sub adspectum, quem volunt, facile contorquent. Res quae sub adspectum veniunt. Ad-

Adspargere, varijs casibus adjun-
 -gitur. *Aram sanguine adspargere*:
Miloni nonnullam laudatione tuâ
labeculam adspergis. Hunc vite
splendorem maculis adspergis istis.
Mibi epistola hoc adspersit molestia.
Senatusconsulta quasi fuligine ad-
 -spersa.

Adspiro, non idem est, quod con-
 -tendo, sed quod accedo aut
 -peruenio ad aliquid. *Omnes adi-*
tus tuos interclusi, ut ad me adspira-
re non posses. Nemo ad alienam cau-
sam inuitis iis, quorum negotium
est, accedere aut adspirare debet.
Magno se prædicat auxilio fuisse,
quia paululum in rebus difficilimis
adspiravit. Mense Februario adspi-
ravit in curiam. Ex bellica laude
adspirare ad Africanum nemo pot-
 -est. Sed hæc ad eam laudem, quam
 -querimus, adspirare non possunt.

Adsignare, id est, imputare, cau-
 -sam alicui adscribere. *Hoc no-*

stris occupationibus adsignare debetis. Nec verò id homini tùm quisquam sed tempori adsignandum putavit. Hac si minus apta videntur huic sermoni, Attico adsigna.

Adsuefacio, Adsuesco, & Adsuefio, nūquam cum dativo, nec accusativo, sed cum ablativo. Homines labore assiduo & cotidiano adsueti. Vicinitas non adsuefacta mendaciis. Assiduitate cotidiana & consuetudine oculorū adsuescunt animi.

Adsumo, id est, mihi arrego & tribuo. Si id mihi adsumo, videor id meo iure quodammodo vindicare.

Quod alteri detrahat, sibi adsumat.

Adstringo cum ablativo venustè.

Quis non pari scelere adstrictos arbitretur? Nulla eiusmodi adstrictus necessitate.

Atq; vel Atq; adeò, pro imò etiam.

Ego princeps in adiutoribus atq; adeò secundus fui. Insector, posco, atque adeò flagito crimen. Hoc

con-

consilio, atque adeò amentia impulsus.

Attendere alicui, & ad aliquid. Attendere aliquem & rem aliquam.

Quoniam metam diligenter attenditis. Sed stuporem hominis attendite. Cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet. Aures index animumq; attendit. Sed attendite animos ad ea quae sequuntur.

Attento. Attentare urbem, id est, tentare si urbem capere possit.

Attentare hominem, id est, tentare si effici possit, quod quis velit.

Omniū inimicos diligenter cognoscere, colloqui attentare. Compositae orationis insidiis fidem auditoris attentare.

Attinet, pro opus est.

De quo quid sentiam nihil attinet dicere. Urbem relinquimus, quam sapienter, nihil attinet disputare.

Attingere, pro pertinere ad aliquid. *Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit.* *Hac res non solum est ex domestica ratione; attingit enim & bellicam.* *Attingere*, cognatione vel necessitudine. *Is me cognatione maxime attingit.*

Attribuo pro adsigno aut do. *Antonius mihi pecuniam attribuit. Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur.*

Auctionari est bona sua publice vendere. *Deiotarus auctionarius est, seque exspoliare maluit, quam tibi pecuniam non subministrare.*

Audire bene ab aliquo. *Est hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus.*

Auersus, id est, a tergo, opp. aduersus. *Auersus hostes adgredi.*

Aufferre, pro obtinere & impetrare aliquid. *Verba fecimus pro Butrotiis, liberalissimum decretum abstulimus, quod ob signatum est ab amplif.*

amplissimis viris. Quintius à Scapulis paucos dies aufert.

Auctorem esse, pro suadere alicui. Hircius mihi ut absim vehementer auctor est.

Auctoritas, tabulae, quibus confirmatur illorum voluntas, quorum nomine quid agitur. Legatorum auctoritas est plenaria commissio & potestas. Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenisse. Posteaquam certis literis, testibus auctoritatibusq; conuincitur.

Auctoritates, id est, protocolia, in quo acta referuntur. Et eundem (id quod in auctoritatibus perscriptum exstat) scribendo adfuisse.

B.

Bono esse alicui, id est, utile esse, prodesse. *Quibus occidi Roscium bono fuit. Hoc aliis quoq; bono fuit.*

B s

Brene

30 OBSERVATIONES

Breue dicere vel facere, id est, non longum esse in oratione, paucis dicere.

Longum est dicere, sed hoc breue dicam. Iam dabo operam quam maxime potero, ut breue id faciam.

Breui & in breui, id est, breui tempore. O miseram, & in breui tam celerem, & tam variam reipubl. commutationem.

Breui, pro breuiter, paucis. Lib. 4. ad Attic. epist. 1. Nunc et si omnia aut scripta à tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata, tamen ea scribam breui, qua te putopotissimum velle ex literis meis cognoscere.

C.

Cadere, pro deficere, desperare.

Non debemus ita animis cadere, quasi &c.

Cadere causa, litem in iudicio pergere, non obtinere causam.

Caden

LINGVAE LATINAE. 31

Cadere in aliquem, pro quadrare.

In eum cadit hoc verbum maxime

*Nullum est scelus quod in eiusmodi
hominem non cadere videatur.*

Cadere pro accidere, euenire.

*Aliter res cecidit, ac putabam. Ve-
rebar quorsum id casurum esset.*

Hac res quemadmodum ceciderit,

scire velim. Nihil mihi optatus ca-

dere potuit. Peropportune hoc mihi

cecidit.

Cadere sub oculos, potestatem a-

licuius. Sub populi Romani ditio-

nem cecidere. Quae sub oculos non

cadunt.

Cadere pro desinere.

Periodus in trochaum cadens.

Canere voce, fidibus, lituo. **Canit**

symphonia, id est, canunt partib.

vel, quatuor vocibus.

Canorus pro sonoro.

Vox nec languens, nec canora.

Captus, pro priuatus, carens.

Captus mente, pro insano. **Ca-**

B o

pius

ptus oculis pro cæco. Mancus & omnibus membris captus. Oculis & auribus captus.

Captare, sollicitè aliquid cupere. Captare occasionem. Captare risus, est iocis aliorum risus concitare. *Aduentum meum non mediocriter captauit.*

Caput rei, quod principale est in re. *Ad consilium de r. p. dandum, caput est nosse rempublicam. Caput literarum erat, sibi cum illo nihil post hac futurum: Der Inhalt.*

Caput pro auctore alicuius rei. *Si quid sine capite manabit, & eius auctor non existet.*

Caput pro vita.

Capitis hominem innocentem damnare. Pactum pro capite pretium predonibus adferre.

Castigare, pro reprehendere, verberare. *Verbis & Verberibus castigare. Castigemus hominum illorum segnitiam.*

CANERE

Cauere alicui ab aliquo, & per aliquem, pro fatis accipere, securari ab aliquo.

Tibi non soluam nisi prius à te caue-ro. Cauisti tibi per Brutum.

Cautio est, vel Cautio mea est, id est, mihi cauendum est, & opera danda.

Ne hoc resciscat cautio est. Terent.

Cedere loco, de loco, à loco, & cedere alicui loco.

Censeo cedendum de opidis illis. Athenis cedit. Cedere Italià & ex Italia. Cedam tibi foro & curia. Cedam tibi possessionem hortorum.

Celebro, frequenter in ore habeo.

Hoc ita esse constanti fama & omnium sermone celebratum est. Hoc uocibus maledictisq; populi celebratum est. Nuntii literaq; celebrarunt hoc factum esse.

Certum habere, id est, pro certo habere. Certum non habeo, ubi sis.

Nunciatū est, & pro certo habetur, eum esse mortuū.

B 7 Pro

34 OBSERVATIONES

Pro certo putare, dicere, polliceri.

Pro certo polliceor & confirmotibi.

Certum est mihi, id est, firmiter pro-
posui. Mihi certum est hinc abire.

Cessare pro otuari, feriari. Pueri et-
iam cum cessant, exercitatione ali-
qua delectantur.

Circumspicere aliquid, id est, consi-
derare. Nunquã mne te circumspi-
cies? numquam ne quid facias con-
siderabis?

Omnia circumspicio, quae illi gra-
ta sunt.

Civis alicuius, id est, popularis, vel
gentilis. Meos cives à me conserva-
ros, Meine Landsteute.

Claustra, imperij clavis.

Vienna claustrum Germania.

Clausula libri, epistolae, &c. pro e-
pilogo vel fine & conclusione.

Coërcere, umbfangen / begreifen.

Mundus omnia complexu suo ca-
erces & continet.

Cogitare, pro velle aliquo profici-
sci.

sci. Lepidus, cum quo diem contem-
rere solebam, cras cogitabat, scil.
proficisci. Tu de itinere tuo, quid
& quando cogites, velim me certio-
rem facias.

Cognitor idem quod procurator.

Neminem inuenire potuit, qui pro
se cognitor fieret. Nemo Romanus
unquam Siculo cognitor factus est.

Cognoscere magistratum est. Con-
sules cognoscant, qui ager colonus
sit. Se de hereditate velle cogno-
scere.

Cogere est congregare, in vnum
colligere. Ius civile dissipatum &
diffusum in certa genera cogere. Co-
pias in vnum locum cogere. Sena-
tum cogere.

Cogere, pro probare syllogismo.

Ex quibus id quod volumus, cogitur
& efficitur. Aliud quam cogebatur
illatum est. Hoc cogere volebat,
falsas esse literas.

Coherens oratio,

Tota

Tota oratione tecum ipse pugnabas, ut non modò non coherentia inter se diceres, sed maximè disincta atq; contraria.

Colligere se vel animum, id est, recreare. Quasi colligendi sui causa se Augustanus contulit. Animus se colligit & recreavit. Colligas te virumq; prabeas.

Colligere benivolentiam, gratiam, famam, existimationem, id est, captare. Benivolentiam hominum adsentationibus colligere. Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemq; colliges. Omnium undiq; laudem colligere. Conservare famam antè collectam.

Collineare, id est, destinare aliquò sagittam, & scopum siue nigrũ tangere. Totum diem iaculans aliquando collineet. Sagittam aliquò collineare.

Collocare alicui filiam & collocare in matrimonium filiam dicimus.

Collo-

Collocare alicui & apud aliquem beneficium, id est, afficere aliquem beneficio. Malè aut benè collocare.

Commentarius vel um, memoriale. Referre manu sua aliquid in commentarium.

Commeare, ire, proficisci. Crebrò illius litteræ ad nos commeant. Omnes Delum cum mercibus commeabant.

Committo. Non committam, id est, non faciam. Non committam, ut me de negligentia accusare possis. Non committam ut tibi insanire videar: Du solt mich für keinen Narren halten.

Commisissum esse alicui aliquid. Eum nem erwas verfallen seyn.

Hereditas palestrea commissa.

Commodè pro benè.

Commodius fecisses. Nemo te pro dignitate satis commodè laudare potest. Feceris commodè mihiq, gratum, si me de his certiozem feteris.

Com-

*Commodus vir, mit dem wol vber ein-
zufommen ist. Multò tu es com-
modior & mitior.*

*Commodare alicui, id est, iuuare ali-
quem. Cupio ei quibuscunq; rebus
potero, commodare. Peto abs te, ut
omnibus rebus, quod sine molestia
tua facere possis, ei commodes.*

*Commodum pro vix, eben / faum.
Commodum discesseras heri, cum
Trebatius venit.*

*Communicare aliquid cum aliquo,
Cic. semper dicit: Cæsar ta-
men etiam communicare alicui,
sed id rarum est.*

*Commutare aliquid, aliquare, &
cum aliqua re. Fidem pecunia com-
mutauit.*

*Comparatè, pro relatiuè, respecti-
uè. Simpliciter queritur aut com-
paratè.*

*Comparere, non est se sistere, sed i-
dem quod apparere, videri. Con-
spiratio ita restincta, ut nulla scintil-
la com-*

la compareat incendiij. Pompeius non comparuit nec Romae omnino fuit.

Comparare se, pro parare, sich rüsten / sich fertig machen.

Dum uxor se comparat, commoratus est. Moneo ut te ante compares, & cottidiè meditere. Se ad respondendum comparare.

Comparare, pro ordinare, instituire. Bene maiores hoc nostri comparauerunt, ut neminem uita priuarent. Praclarè legibus comparatum est. Ita ratio est comparata uita naturaq; nostra.

Compellare aliquem, id est, nomine proprio nominare. Nominatim alii compellabantur. Compellauit me his uerbis.

Compensare aliquid, aliqua re, & cum aliqua re, wieder ein bringen / verbessern.

Certis officiis, quod peccauit, compensabo. Labores gloria compensati mitigantur. Cum laboribus compensabo

*sabo eam, quam ex discendo capi-
mus, voluptatem.*

*Complecti animo, cogitatione, be-
dencen.*

*Cum complector animo, quatuor
causas reperio. Complexus sum co-
gitatione te absentem. Rei magnitu-
dinem animo complecti.*

*Complecti aliquem, pro amare; &
complecti aliquem beneficio,
benevolentia.*

Complecti aliquem sua humanitate.

*Comprimere frumentum, id est, apud
se tenere. Cives, qui frumenti com-
presserant magnum numerum, pol-
licentur. Clausum & compressum
frumentum possidere.*

*Conciliare aliquid alicui & inter se,
non conciliare aliquem cum a-
liquo. Oratio conciliat inter se ho-
mines. Vestram mihi benevolentiam
ad audiendum concilio. Gratiam a-
licuius sibi conciliare.*

Concio, die Versammlung.

Libri

*Libri eius in concione combusti. Ad-
uocare concionem.*

*Concipere, de animo. Voluptas ani-
mo concepta & comprehensa. Neces-
se fuit aut hac flagitia animo concipi-
pere.*

*Concipere vel concipere verbis, est in
certa verba præscribere, in quæ
quis iurat vel aliquid promit-
tit.*

*Concretum physicè opponitur sim-
plici: volgo compositum ex
elementis. Nil est in animis mi-
xtum atq; concretum, aut quod ex
terra natum esse videatur. Corpus
concretum ex elementis.*

*Conkursare absolutè, & cum casu.
Armati noctes diesq; concursabant.
Domes ferè omnium konkursare.
Barbari dicunt, discursare.*

*Condicere alicui, id est, denunciare.
Crassus cum mihi condixisset, cœna-
uit apud me in horto.*

*Conditio pro officio & munere,
Bar-*

42 OBSERVATIONES

Barbarum est: *Habet bonam conditionem.* Latini: *Locum aut manus habet.*

Condere frumentum, fructus, pecuniam, hinder sich legen/verwahren.

Condoleo, nihil aliud est quam doleo: volgo pro Mitleyden haben / malè: Latini dicunt, commoveri dolore, adfici alicuius casu, vicem alicuius dolere. Condolent mihi dentes.

Conferre in aliquem, auff einen was legen.

Culpam, causam, crimen in aliquem conferre.

Conferre se aliquo, id est, iter aliquo versus conferre.

Conferre pro impendere, anwenden.

Omne tempus ad litteras conferre. In valetudinem suam diligentiam conferre. Omne studium ad gloriam tuam celebrandam contuli.

Conferre, verbum militare.

Ferrum ac manus cum illo contulerunt.

runt. Conferre signa cum hostibus.

Castra castris conferre.

Conferre capita.

Conferunt capita inter se, & de me lo-
quuntur.

Conficere, pro facere.

Vestem, pallium conficere.

Conficere pro absolueret.

Bellum conficere. Mandata exsequi

& conficere. Longam viam confeci.

Facinus aliquod per alium conficere.

Conficere pro syllogismo conclu-
dere. Ex quo conficitur, ut si &c.

Conficere, zu wegen bringen.

Conficere pecuniam, auffbringen.

Exercitum, Bibliothecam conficere.

Plurimum studii ad conficiendum
reditum meum contulisti.

Conficere cum aliquo, id est, transi-
gere de negotio. Quod mandâ-
ras, confeci. Tu cum illo confice de
libris.

Conficere, de tempore, id est,
explere.

expleer. Propè centum annos confecit. Omnem vitæ cursum in labore conficere.

Conficere pro consumere.

Vexustas omnia conficit & consumit. Mœror cotidianus me lacerat & conficit. Senio confectus, curis confici. Fame & frigore confici, schier sterben vor Kält vnd Hunger.

Conficere, pro deuorare, occidere, &c. Plures pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. Rem suam confecit, id est, opes suas. Hac sic me pœnè confecit. Vulneribus confectus.

Confidere aliquo, sich verlassen/auff ein Troben / Poehen.

Illum quo antea confidebant, metunt. Vrbe aliqua confidere. Nimis confidere.

Confirmare pro adfirmare, certò aliquid dicere.

Hoc mihi non modo confirmavit, sed etiã persuasit. De me tibi sic promitto atq; confirmo me, &c. Cõ-

Conflatum, idem quod compositum ex multis simplicibus.

Ex duabus naturis hoc conflatum videtur. Ex perditis conflata improborum turba.

Conflare, pro concitare, fingere, excitare. *Conflare alicui invidia, negocium, suspicionem.*

Bellum, seditionem conflare. Unde hoc ductum est conflatum mendacium?

Conijcere se, pro abscondere. *Sub scalas se coniecit. In latebram aliquam se conijcere.*

Conijcere maledicta in aliquem. Orationem improbe in viros clarissimos coniectam esse. Hac crimina in nimiam tuam diligentiam coniecta sunt.

Conijcere aliquid, in aliquid, id est, referre. Libellus in epistolam coniectus. Omnia in eum librum conieci. Conijcere aliquid in locos communes.

Coniungere, pro contrahere,

C

CON

concordare. *Amicitia cum aliquo
coniungere; necessitudinem, hofpi-
tium, &c.*

*Connexum, idem est quod Syllogi-
smus hypotheticus.*

*Ipsa ratio connexi, cum concesseris
superius, cogit inferius concedere.*

*Conqueri cum aliquo, non alicui.
Nihil tecum de fratris tui iniuria
conqueror.*

*Conquiesco, pro delector. Senectus
nostra in amore & adolescentia tua
conquiescit. In amici mutua bene-
volentia conquiescere.*

*Conscendere, zu Schiff gehen. Quam-
primum conscendas, ad meq; ve-
nias.*

*Consciens alicui rei. Ille mihi in o-
mnibus rebus meis conscius est.
Huius facinori tua mens conscia esse
non debuit.*

*Consciscere sibi mortem, id est, sei-
psam interficere.*

*Consectari, pro diligenter perse-
qui*

qui, cupere, adfectare aliquid.

*Ne omnia consecr, comprehendam
breui. Pittosa consecrari imitando.*

*Bonus vir opes aut potentiam non
consecrabitur.*

*Consecrari debita, die Schulde offt ein
fordern.*

*Consecrari, pro insectari maledi-
ctis. Lingua petulantissima aliquem
consecrari. Clamoribus, conuitiis &c.
consecrari.*

Consentire, vbererein stimmen.

*Hac illis qua scripseras, valde non
consentiunt. Littera illius cum tua
oratione non videntur consentire,*

*Consignare, Barbarè subsignare vel
sigillare. Quae publicis literis mo-
numentisq; consignata sunt.*

*Consilium, sapissimè Cicer. pro Se-
natorum coetu vel iudicium
confessu.*

*Consputare aliquem, barbarè in faci-
em alicui spuerere.*

Constituerere, de tempore, bestim-

men. *Cum servis constitutum est, ut venirent ad balneas. Constituta est eñ illo dies. Ad constitutã diẽ venit.*
*Constituere, pro ordinare. Supplicium in aliquem alicui maleficio constituere. Leges, iura constituere. Regem aliquem constituere. Provin-
 ciam alicui constituere.*
Constitutus. Benè constitutus. Firma corporis constitutio. Barbari bene complexionatus.
Constare, pro notum esse. Perspicuum est, constatq; inter omnes, esse deos.
Constare in aliquem, id est, constantem & perpetuò manere. Merita illius in illum constant. Mea in te summa officia constabunt.
Constare sibi, id est, in vna sententia permanere, nec facilè mutari. Parum sibi constat. Si humanitati tue constare voles, amabis illum. Oratio sibi constat & secum consentit.

Con-

Construere, est in cumulum colligere. *Pecunia constructa & coaceruata.*

Consulere alicui, nō est suadere, auctorem esse alicui: sed consilio & opera sua alterius rebus adesse, & iuuare.

Contendere omnes nervos; vt mihi persuadeat. *Magnum onus sed dignum in quo omnes nervos industria contenderem.*

Contendere aliquid ab aliquo, id est, valdè petere.

Contendere, id est, velle proficisci.

Contendo Noribergam, & *Iter contendo Noribergam.*

Contentus, quasi magna vi expulsus. *Ad tribunatum contento studio cursuq; veniamus. Contento cursu Italiam petebat. Contentius ambulare. Aliàs contentius, aliàs submissius dicere.*

Contestari, propriè idem quod ob-

C 3

testari.

50 OBSERVATIONES

testari. Deos hominesq; contestari.

Continere pro coniunctum esse, & continens pro coniuncto. Insula mari disiuncta, ponte rursus adiungitur & continetur. Huic fundo continentia quedam pradia & adiuncta mercatur.

Continens, continenter, de his dicuntur, quæ coherent nullo interposito.

Continenti spiritus aliquid dicere, id est, vno. Non interpellabo: continentem orationem audire male.

Continenter vno spiritu multa dicere.

Contra ac, Contra quàm. Si hæc contra ac dico essent omnia. Contra facit quàm pollicetur. Clamare contra quàm decet.

Contra venire, id est, esse aduersarium. Si is, quem contrà veneris, causâ cadat. Venire contra alienum pro amico suo.

Con-

LINGVAE LATINAE. 51

Conuenire in aliquem, pro quadrare in aliquem, competere. Quod dixi, in illum non conuenit. Hae suspicio conuenit in illum.

Conuenire cum aliquo, vel inter aliquos.

Mihi cum illo conuenit. Hoc mihi tecum conuenit. Non conuenit inter nos, quid hoc sit.

Conuenit, id est, decet. Te his malis mederi conuenit. In hac re exerceri conuenit.

Conuicium facere, sustinere. Cum ei magnum conuicium fieret à cuncto senatu. Sustinere cotidianum alicuius conuicium.

Credo ferè pro fortassè ponitur, vel ornatus gratia inseritur. Languidiore credo studio in causa fuistis. Immoderati credo hominis & turbulenti.

Cum saepè cum tempore jungitur. Aliquot sunt anni, cum te vidi. Duo anni sunt, cum hoc accidit. Dies

nondum intercesserat, cum illud nuntiatur. Iam biennium est, cum te non vidi.

Cum pro quod. Sæpè ex te audiui, cum illum laudares. Benè facis, cum venis.

Cupere alicui, vel alicuius causa, id est, amare. Omnia illius causa cupio. Tibi maxime cupio. Cesari honestissime cupio.

Curatio medici, pro cura & medicamento. Curationes periculosas adhibere. Curationes illius non probo.

Curare medicorum. Corpora curari possunt, animorum nulla est medicina. Violentis medicaminibus curare.

D.

DE pro ex. Unus de illis. Quidam de collegis nostris. Nemo de nostris fuit.

De consilio, sententia alicuius. Nihil

hil faciam nisi de sententia tua; nisi de consilio tuo. De amicorum sententia Romam venit.

De, idem quod propter, ob. Quae de causa non licet. De captivis mutandis Romam missus est.

Decantare, est res notas & vulgatas vsq; ad fatietatem inculcare. Graecus doctor, qui alicui per vulgata praecepta decantet. Decantata haec erat fabula.

Decedere, absolutè, & Decedere de vita, pro mori. Pater nobis decessit. Qui iam de vita decesserunt.

Decidere, pro transigere cum aliquo. Decidere de omnibus rebus rationibusq; societatis. Cùm suis propinquis decidit, ne reos faceret.

Dedicare, pro Deo aliquid consecrare. Simulacrum Iouis dedicavit.

Delubrum Veneri dedicavit. Aram dedicarunt, sie haben ihn eingeweiht.

Dedita opera facere, id est, studio
non

54 OBSERVATIONES

non fortuito, Germ. gern thun.

Dedita opera literas ad te misi.

Deducere, so weit bringen. Huc rem deduxi, ut palam pugnare possimus. Quem in locum res deducta sit, vides.

Deducere, pro persuadere. Auditorem ad fletum & misericordiam deducere. De sententia deducere. Pecuniâ illâ non potuit ab summa integritate deducere.

Deducere, Deductio, verba ratiocinatorum, abziehen; davon nehmen. Centum nammi deducantur.

Deferre alicui, & ad aliquem. Barbari dicunt, præsentare alicui, polliceri. Uniuersum studium meum & beniuolentiam ad te defero.

Illi voluntatem tuam per litteras detuli. Quicquid possum ad hanc rem conficiendam tibi polliceor & defero.

Omniem ei suam auctoritatem ad hoc negotium conficiendum detulit.

Deferre, pro tribuere. Palmano

poë-

poëtices Virgilio defero. Pleriq, pri-
mas ad illum in iuris scientia dese-
runt.

Defecit me, non mihi, id est, deest
mihi. Vires me deficiunt. Tempus
me defecit.

Definire cum ablativo, id est, me-
tiri, existimare. Beatitudo non
diuitiis sed virtute definienda.

Deflagrare, id est, comburi. Domus
hac deflagrauit.

Deformare, häßlich machen. Hæc res
non ornat te, sed potius deformat.
Mortuus, deformatus, tumore præ-
ditus.

Defungi, pro liberari, explicari. De-
functos periculis se putabant.

Degere vitam, ætatem, id est, viuere.
Degere vitam in egestate. Cum vir-
tute vitam degere. Ætatem inter-
feras degere.

Degustare, pro experiri, metapho-
ricè. Tu velim Fabium odorere,
& istum conuiuam tuum degustes.

*Degusta genus hoc exercitationum
mearum, quibus uti consuevi.*

*Deycere, In den Korb geben. Tubero
pratura deiectus est, id est, petijt
praturam, sed non est conse-
cutus.*

*Deycere, pro depellere. Numquam
à repub. oculos deiecit. De gradu a-
liquem deycere.*

*Delaki, pro conuertere se aliquo,
inclinare, incidere. A maioribus
ad minora oratio nostra delabitur.*

*Cottidiè ad equitatem delabitur.
Delabi in morbum, in vitium ali-
quod.*

*Deliberare, deliberatum est, bey sich
beschliessen. Certè statuerat & deli-
berauerat non adesse. Certum est
deliberatumq; hoc facere. Mihi de-
liberatum & constitutum est. Ha-
beo statum cum animo ac delibera-
tum.*

*Delicia, pro re carissima. Petrus de-
licia tua, id est, jucundissimus
tuus.*

tuus. *Esse alicui in deliciis, id est, carum. Habere aliquem in deliciis, id est, valdè amare.*

Delitescere; abscondere se. In cubilibus delitescunt.

Demigrare, weg ziehen. Demigrandum potiùs aliquò, quàm habitandum in hac urbe. In locum aliquem ad aliquem demigrare.

Demissus, pro humili, tristi, fracto.

Sylla mœrens, demissus, adflictus. Erigere animum demissum. Suppliciter & demissè gratias egit.

Demittere animum, id est, desperare. Si vincunt, efferunt se letitia: victi, animos demittunt.

Demortuus idem, quod mortuus. In demortui locum suffectus.

Denuntiare, pronuntiare, vulgò protestari. At ille denuntiat fundum suum esse. Alfenus denuntiat se procuratorem esse.

Denuntiare bellum, contentiones. &c. Mortem illi denuntiavit. Sena-

58 OBSERVATIONES

tus illi bellum denuntiavit. Inimicitias alicui denuntiare.

Depacisci, id est, transigere eum aliquo certis conditionibus. Cum illo partem suam depacisci. Cum illo tria praedia sibi depactus est.

Depascere, das Vieh thut Schaden im Acker oder Wiesen. Qui a pecore eius depasci agros publicos dicebant.

Dependere, tertiae coniugationis. bezahlen.

Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spondisti. Poenas alicui dependere.

Deplorare, de aliqua re. De iniuriis deplorare ac conqueri. De aliqua re dolenter deplorare.

Deponere, pro obliuisci, non amplius meminisse. Obliviscor iniurias, depono memoriam doloris. Deponere similitatem, inimicitias. Si audierit te edificationem deposuisse. Deponere aliquid de manu.

Depo-

Deponere officium aliquod. *Provinciam deponit. Imperium, exercitum deponere.*

Deportare, quasi lucrari aliquid. *etwas davon bringen. Flagitium & dedecus ex Asia deportavit. Nihil ex provincia potes incundius deportare. Deportare triumphum ex provincia.*

Deportare, pro conferre se aliquo. *Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares.*

Deprecari pro aliquo, Barbari intercedere.

Deprecator, barbarè intercessor. *Deprecator salutis mea. Deprecatorem me pro illius periculo praebeo.*

Deprecari, precando effugere, für ein Ding bitten/ daß jhns nicht widerfahre. *Nullum periculum pro libertate refugio aut deprecor. Nullum supplicium deprecatus est, neque recusavit. Iniuriam ab aliquo deprecari.*

Deri-

Deriuare, etwa hinrichten oder lenken / sicut riuam ducimus quo volumus. *Ne tota caussa mutata in aliam caussam deriuetur. Questionem alicuius in alium sermonem deriuare. Crimen seu culpam in alium deriuare, id est, reijcere.*

Derogare, non tribuere, benemen. *Fidem alicui derogare. & de alicuius fide derogare. De lege aliquid derogare, & legi derogare aliquid.*

Descendere, generaliter pro peruenire. *Descendere ad accusandum. Ad alterutram conditionem descendere vult, ut aut &c. In certamen descendere.*

Describere ab aliquo, id est, ex alicuius exemplari. *Quintum librum à te descripsit.*

Describere pro distribuere, partiri. Velligal equaliter omnibus descripsit. Ciuitatibus pro numero militum pecunias describere. Suum cuiq; munus describere, id est, adsignare.

De-

*Describere aliquem, oratione de-
pingere, einen beschreiben/abmah-
len. Si qua sit mulier eiusmodi, qua-
lem paullo antè descripsi.*

*Desperare aliquid & de aliquo. Ser-
ni desperantes vitam domini. Eru-
ditionem nemo diligens desperare
debet.*

*Desperare cum datiuo. Quoniam hic
ipsum desperat. Bonos viros lugere ma-
lui meas fortunas, quàm suis despe-
rare.*

*Destino, pro constituo, decerno,
attribuo. Diem necis alicui desti-
nare. Locum alicui destinare. Non
est animus hic tibi destinatus.*

*Deturbo, pro deijcio. Statuam ali-
cuius deturbare. Spe & possessione
deturbari.*

*Devincire, Deinctus, sich wol vmb ein
verdienen / ihm einen verbinden.*

*Summo hoc beneficio in perpetuum
me tibi tuisq; devinxeris. Eius offi-
ciii me esse devinctum confiteor. Do-*

nis

*nis beneficiisq₃ plurimis ab aliquo de-
vinciri.*

*Diffidere, est desperare, non verò
fidem non adhibere, seu Miß-
trawen. Grauter eger fui, ut omnes
medici diffiderent. Diffidens & de-
sperans rebus suis. Eloquentiam se
adsequi posse diffidit.*

*Diffusus, tralatè, außgebreytet. Error
tàm longe lateq₃ diffusus. Eius longe
lateq₃ diffusa laus.*

*Dilabi, pro interire, effugere, con-
cidere. Præclarissimè constituta
respub. dilapsa est. Malè paria ma-
lè dilabuntur. Sunt alij plures, sed
mea memoria dilabuntur.*

*Discedere, pro diuidi, sich von ein-
ander thun / auffthun. Coelum di-
scessisse visum est. Cùm terra di-
scessisset.*

*Discedere à se, à mente, in ein Ohn-
macht fallen. Magnitudine timoris
à mente atq₃ à seipso discessit.*

*Discedere à se, pro immutari, sui
dissi-*

LINGVAE LATINAE. 63

dissimilem fieri, sich verkehren.

Coelius discessu meo discessit à sese.

Disceptare, non est iudicio contendere, sed causam dijudicare & dirimere. Iustè sapienterq; questionem disceptare. Controversias aliorum disceptare. Rei sunt quorum de re disceptatur.

Disceptator, non est litigator, sed iudex apud Cic. semper.

Discutere, pro detegere, entdecken. illustrare. Discutere captiones alicuius. Discussa est illa caligo, quam dixi, diluxit, patet, videmus omnia.

Discutere, pro pellere. Periculum hoc discutiam & comprimam. Eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.

Disiunctum esse ab aliquo, id est, differre, esse differentiam inter &c. Mores eius à tanti sceleris atrocitate sunt disiuncti. Nihil est disiunctius ab ea cogitatione, &c. Galli-

longè sunt à Germanorum gravitate
disiuncti.

Disiuncta loca, id est, longè distan-
tia. *Ætolia* procul à barbaris dis-
iuncta. *Gentibus* disiunctissima terra.

Dispertire, in partes distribuere.
Tempora voluptatis laborisq; disper-
tire. *Dispertire orationē* in membra.

Displicere, in re difficili & varia ali-
quid perspicere. *Imbecillus ani-
mus verum displicere non potest.* *Ego
quid sperem non dispicio.* *Acie men-
tis displicere.*

Disrumpi, zerbersten vor Neid. *Dis-
rumpatur licet ista furia, bis urbem
servari.*

Dissentire cum aliquo, id est, ab ali-
quo. *Cum collega suo dissentit.* *Te-
cum dissentit.*

Dissipare, hin vnd wider werffen. *Dis-
sipare hostes.* *Dissipare rumorem.* *Ge-
nus hominum in silvis dissipatum.*

Dissolvere, bezalen. *Æs alienū filii dis-
soluit pater.* *Pecuniā tenet, nec quid-
quam vlli dissolvit.* *Dis-*

Dissolutus, id est, negligens, & igna-
uus. *Dissolutus in re familiari* & ne-
gligens.

Distineri, id est, occupari. Tot tan-
tisq; negociis distentus, ut respirare
non possit. *Maximis occupationibus*
distineri.

Districtus, id est, occupatus. Nun-
quã à causis & iudiciis districtior fui.

Disturbare, vnter einander / vber einen
Hauffen werffen. *Domum distur-*
bare, diripere. *Vi* & armis disturba-
re iudicia.

Ditio, pro potestate & imperio. In
ditionem suam redigere. *Sub impe-*
rium pop. Romani ditionemq; Gre-
cos subiunxit. *Tenere aliquem in sua*
ditione.

Diuolgare, vnter die Leute bringen /
ausbreiten. *Sermonibus hanc rem di-*
uolgare voluerunt. *Librũ diuolgare*.

Do, dare se, sich ein ergeben / sich auff
ein Ding begeben / legen. *Dare huic*
quoq; generi literarum. *Dare se ad*
ius

- ius respondendum. Dare se in alicuius familiaritatem. Date homini, id est, esto amicus eius.*
- Dominatio, idem quod tyrannis. Cruelis & superba dominatio.*
- Dominatus, pro imperio.*
- Dubitanter, cui contrarium Fidenter. Dubitanter unumquodq³ dicemus. Verecundè dubitanterq³ facere.*
- Dubium, variè iungitur. De hoc homine non est dubium. Vocare aliquid in dubiū. Habere aliquid in dubiū.*
- Ducere, de origine & initio rei. Ab eodem verbo ducere sepè orationem. Qui commendationem ineuntis aetatis à scelere duxerit. Huc Pomponij ductus est sermo.*
- Ducere rationem alicuius, pro habere. Officii atq³ existimationis rationem duci conuenit. (Officii ratio, non commodi, ducenda est.*
- Duci aliquare, pro delectari. Literis alicuius duci. Statuarum honore & gloria duci. Eloquentia laude duci.*

Dn-

Ducere animam, vitam, spiritum.

Eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis.

E.

E *A R E*, pro ideò, ea de causa.

Ideare, quia turpe est, non est faciendum. Is metuit & ea re fugit.

Edicere, dicitur magistratus edita publicè adfigens. Consul edicit, ut senatus consulto ne obtemperet.

Ediscere, barbarè memoriter discere.

Edere, pro diuolgare, herausgeben.

Tabella recitata nobisq; edita sunt.

Edere alicui rationem alicuius rei.

Apollo oraculo edidit. Qui nascitur, in lucem edi dicitur. Partum edere; risus, clamores edere.

Efferre fructus, volgò proferre. Ager, qui diu quiescit, uberiores efferre fruges solet.

Efferre, absolutè, vel Efferre funere, id est, ad sepulturam ferre mor-

mortuum. *Lucullus matrem efferebat. Si Caesar funere elatus esset.*

Efferre, vulgò superbire. Efferre animos. Sese gloria & prædicatione efferre.

Efferre, pro laudare. Contempsisti meum genus, extulisti tuum. Verbis efferre. Laudibus in cælum efferre.

Efferre, pro nuntiare, vulgò proferre. Res alio atq; alio elata verbo.

Efferre sententiam gravem inconditis verbis.

Efferri, pro commoueri, adfici. Dolo, letitia, gaudio efferri, vel se efferre. Lasi dolent, irati efferuntur.

Efflorescere, auß ein Ding herfür wachsen vnd zunemen. Ex rerum cognitione efflorescit & redundat oratio. Utilitas efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis.

Effluere, pro præterire, interciderere. Tempus effluxit. Occasio effluxit. Ex animo alicuius effluere.

Effrenatus, der sich nicht zähmen oder regie-

regieren läßt. *Homines secundis re-
bus effrenati sibiq; perfidentes. Libi-
do effrenata & indomita. Proiecta &
effrenata cupiditas.*

Effundere, alles herauß sagen. *Effudi
vobis omnia quæ habebam. Effudit,
quæ voluit, omnia.*

Effundere, an ein Ding anwenden. *O-
mne suum patrimonium effundere ac
dissipare.*

Effundere se, conferre se aliquò, fu-
gere. *Timore percussa ciuitas se,
cum coniugibus & liberis ad te effun-
debat. Consules fugisse, cunctum se-
natum, totam Italiam esse effusam.*

Effuse, pro valdè copiosè. *Large
effuseq; donari alicui. Id nemo iam,
effuse petulans conatus est.*

Elaborare, valdè laborare, operam
dare. *Desudare & elaborare in ali-
quare. Coniende queso atq; elabora,
vel potius eblandire, ut & c.*

Elucere, pro apparere, clarum esse.
Amicitia magis elucet inter aqua-

D

los.

les. Magnitudo animi in despicientibus periculis elucet.

Emanare, pro diuulgari, offeubar werden/vnter die Leute kommen. Quā ego rem ita compressi, ut numquam emanaturam putarem.

Omnis hic sermo ab his emanauit auctoribus. Per me hoc nō emanabit.

Ementiri, pro falsō fingere, & excogitare aliquid. Legationem ementitus est. Signa numquam ferē ementientia.

Emergere, generaliter quasi ex onere aliquo vel profunditate eminere. Ex mendicitate emergere: Ex negotio aliquo, à seruitute emergere. Veritas tandem emergit.

Enectus pro semimortuo & vacuo.

Fame, siti enectus.

Eniti, pro valdè laborare. Eniti contendere debet quam maximè possit, ut vincat.

Eo. Ire in alicuius sententiam, id est, adsentiri.

Eo

Eo in duplum, id est, duplo plus do.

Prætor decrevit, ut si iudicatum negaret, in duplum iret.

Erectus, de animo, id est, fortis. Alacri animo & erecto esse. Vir celsus & erectus, & omnia, quæ accidere possunt, parva ducens.

Erogare, pecuniam publicam distribuere. Pecunia in classem erogata est, id est, ut classis publicis sumptibus instrueretur.

Eiam atq; etiam, pro valdè diligenter. Eiam atq; etiam te hortor, rogo. Vide, considera etiam atq; etiã. Etiam atq; etiam puto, id est, omninò puto. Sunt plerumq; rogantis aut optantis particulæ.

Euadere, pro euenire, exitum habere. Aliquãdo id quod somniamus, euadit. Somnia aliis aliter euadunt. Videamus quò vel quorsum hæc euasura sint.

Euenire benè vel malè, id est, bonum vel malum exitum habere.

Multis bonis malè euenire, multis

*improbis optimè. Ea res prosperè tibi
eueniat, precor.*

Euoluere, pro explicare, aperire.

*Cuius ego criminis neq; principium
inuenire, neq; euoluere exitum pos-
sum. Euoluere naturam omnium re-
rum.*

Euoluere, pro legere, *Librum eius de
animo euolue. In euoluendis Poëtis
tempus sumere.*

Ex, pro secundùm. *Ex legibus opti-
mè respubl. administratur. Ex iuris-
consultorum consilio iudicare.*

Exedificare, den Bau aufmachen.
*Ne graueris exedificare id opus,
quod instituisti.*

Exequare, gleich seyn. *Pecunia omni-
um dignitatem exequat. Exequare
se cum aliquo, & aliquem, & Exe-
quari alicui.*

Exagitare, vexieren/ etwas finden/ da-
mit man sich wol küsele. *Insectari &
exagitare aliquem. Quod apud Lu-
ciliam scitè exagitat in Albutio Sca-
nula.*

Exa-

Examinare, ponderibus, trutina, statera, wegen. Quae non aurificis staterâ sed quadam populari trutina examinantur. Meis ponderibus examinato, quid cuiq; debeam.

Exardescere, pro indignari, commoueri. Iracundia & stomacho exarsit. Incredibili dolore exarsit.

Excedere, pro derelinquere, Excedere vita, & è vita. Excessit ex pueris, ex ephelis, id est, adulescens est.

Excidere, de oratione, wenn sich einer verschnapt / vnnnd vnuerschens was redet. Verbum nullum casu aliquo ex ore excidit, unde quisquam posset offendi. Verbum hoc fortuito mihi excidit.

Excidere, pro in volgi manus peruenire. Libellus, qui me imprudente & inuito excidit & peruenit in manus hominum.

Excidere, ein außfallen durch Vergessenheit. Omnino mihi excidit ex a-

nimo meo. Illa omnia exciderunt.

Excipere, pro intercipere, auffangen. Excipere aliquem cum litteris. Fugientes excipere.

*Excipere illa quoq; dicuntur, quæ continuo ordine sequuntur aliquid. *Ætas* quæ *Ciceronis* seculum excipit. *Herculis* vitam immortalitas exceptit. *Memoriam* illius viri excipient omnes anni cōsequentes.*

Excipere, pro audire, intelligere, Ex Giphanii sermone multa memoriâ digna excepi. Omnia loquentis verba excipere.

Excipere, pro sustinere pericula. Omnia tela excipit. Vnum pro universis subire atq; excipere pericula. Omnem vim improborum excepi meo corpore.

Excludi temporibus, nicht genug Zeit haben. Angustiis temporis, vel temporibus exclusus non potui dicere quæ volui.

Excurrere, ob priuatas causas, vel ani-

LINQVAE LATINAE. 75

animi gratia celeriter profici-
sci. Fortasse excurram ad te, &c.

Excurre in fines hostium, streiffen. Tur-
ca excurre ex Gracia, & Austria
imminere videntur. Via illa excur-
sionibus Tartarorum est infesta.

Excutere aliquem, einen besuchen / ob
er etwas bey sich hab. Non excutio
te ; si quid forte ferri habeas, non
scrutor. Tabellarios excutere.

Exemplum, ein Abschrift / Copie.
Casaris litterarum exemplum tibi
misi.

Exemplum, der Inhalt. Littera alla-
ta mihi sunt hoc exemplo. Sapius ad
me litteras uno exemplo dedit.

Exercere, etwas treiben. Exercere me-
dicinam, Ius civile. Qui vectigalia
exercent atq; exigunt, id est, die
Zöllner.

Exercere, de muneribus & officiis
dicuntur, etwas treiben. Exercere
medicinam. Exercet vectigalia, Er
ist Zöllner.

Exhaurire, metaphoricè, sicut Germanis erschöpfen/ minuere, debilitare. *Erarium exhaurire*, & pecuniam ex arario.

Exhaurire, pro bibere. *Tantum vini exhauseras*, ut tibi necesse esset vomere.

Eximere, benehmen/ heraus nehmen. *Eximere aliquem è vinculis*, à culpa, de proscriptis, id est, è numero proscriptorum.

Exire, pro volgari, euolgari. *Oratio mea exire atq; in vulgus emanare poterit*. *Liber exiit*, es ist ein Buch aufgangen.

Existimare de aliquo, von einem viel oder wenig/ gut oder böß halten. *Bene, male de aliquo existimare*. *De ingenio eius valde existimaui bene*. *Homo ipse de se bene existimans se seq; diligens*. Barbari dicunt, *Multum de te teneo*.

Existimare de aliquo, id est, iudicare. *Verè de omni hac causa existimabis.*

mabis. Ex oratione de ingenio alicuius existimare. Ex euentu de consilio alicuius existimare.

Expendere, pro perpendere, erwegen. Argumenta non tam numerare soleo quam expendere. In iudiciis testem diligenter expendite.

Expensum ferre alicui, in sein Buch schreiben / daß man ein andern etwas geben / Contrarium, Acceptum ferre. Nemo inuentus est, qui illi nummum ferret expensum, der ihm ein Heller leyhen wolt.

Experiri, mit Recht vornemen. Summo iure cum aliquo experiri. De tantis iniuriis experiri noluit.

Explere, pro satiare. Explere diuturnam sitim, cupiditates, inimicitias.

Exploratus, pro certo. Cum mihi erit exploratum, id est, vbi certo sciuerō. Eum idem probaturum, exploratum habeo. Nemini exploratum est se usq; ad vesperum vidurum.

Exquisitus, id est, magno iudicio delectus. *Exquisita verba*, doctrina, ars, munditia, littera, &c.

Exsecrari aliquem, einen verfluchen / auff einen schelten. *Omnes te oderunt*, tibi pestem exoptant, te exsecrantur.

Expectatio, volgò desiderium. *Scribis mirificam expectationem esse mei*. Summa scito in expectatione te esse, id est, vt citò venias.

Exterminare, pro eijcere. *Urbe est exterminatus*. *Exterminari à suis Dis penatibus*.

Extremus liber, pro fine libri. *In extremo tertio libro*. *In extrema epistula scribis*, id est, in fine epistulæ.

Exturbari, pro vi expelli & ejici. *Exturbare homines è possessionibus*, è bonis patriis. *Exturbari & expelli domo*. *Exturbari fortunis omnibus*.

Exultare, immoderatâ lætitia efferri.

Palans

Palàm exultari letitia, & triumphare gaudio cœpit. Exultare immoderateq; iactari.

F.

F*Acere, pro exercere artem aliquam, qua quis se alat. Facere alicui medicinam, id est, adhibere. Facere camelariam, id est, camelis vendendis victum quærere. Facere piraticam, &c.*

Facere, pro fingere & introducere. Facere aliquem loquentem. Facit mundum edificari à Deo.

Fac, id est, finge, pone casum quod sit, concessio, dato, posito, quod sit. Fac esse ea, ut dicis, omnia.

Facere cum aliquo, pro esse pro aliquo, à partibus alicuius esse. Auctoritas doctissimorum hominum nobiscum facit. Hoc magis nobiscum facit, quàm cum aduersariis.

Fallo. Nisi me fallit, pro nisi erro. Sed



nos (nisi me fallit) iacebimus. Nisi me fallit animus.

Fasti, orum, id est, Calendarium. Nomen alicuius in fastis ad aliquem diem adscribere. Nomen è fastis euellere.

Fato aliquo esse, id est, in aliquo planeta natum esse, aliqua fortuna esse. Ea conditione atq; eo fato natus. Quoniam meo fato hoc fiat, nescio. Milo hoc fato natus, ut se seruare non potuerit.

Ferire, pro verberare, lædere, etiam metaphoricè. Hostem ferire. Aduersarium ferire & repellere. Spectris oculi tantum feriuntur, animus non potest.

Ferire fœdus cum aliquo, Bünd mit einem machen.

Ferre. Vt opinio fert, id est, vt opinor. Vt coniectura, vt spes fert. Nos vt opinio & spes & coniectura nostra fert, tuti sumus. Plura dixi, quam aut opinio mea tulerit aut & c.

Fer-

Ferre, pro postulare, erfordern. Ita
mei periculationes ferunt & postu-
lant. si ita commodum vestrum
fert.

Ferre, pro permittere, zugeben.
Tempus, caussa, res ita fert. Si res ita
tulisset. Si ita tempus ferret. Si occa-
sio tulerit. Aliter quam natura,
quam consuetudo mea fert.

Ferre suffragium alicuius, eines Stim-
haben. In electione consulis Cicero o-
mniū centuriarum suffragia tulit.

Ferre suffragium, pro suffragari. V-
niuersus populus suffragium de re
Clodii tulit.

Ferre, pro auferre. Eum fructum ex
republ. tuli. Palmam tulit. A me id
responsum tulit.

Ferre repulsam, den Korb bekommen/
in petitione bonorum.

Ferre ad populum, id est, proponere
aliquid populo, & rogare. Ni-
hil de ista re ad populum latum est.

Ferre sententiam, est iudicium. Vos

iudices de hominum fortunis sententiam fertis.

Ferre conditionem, id est, præscribere. Hanc conditionem misero ferunt.

Fidenter, cui contrarium Timidè. Paulo vellem fidentiùs respondisses. Susplicere aliquam rem, & fidenter agere.

Fides, pro Schus und Schirm. In fide & clientela vestra sum. In fidem tuam recipe & commendatum habe.

Fiducia, id est, pignus, quod alicui ceditur, dum quis soluat quod debet. Pecuniam illi grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavit.

Fingere, est ingeniosè aliquid excogitare & formare; non verò mentiri. Volucres fingunt & construunt nidos. In cereis aut fictilibus figuris aliquid fingere. Deus finxit & fabricatus est hominem.

Finiri, non est ad finem perducere, sed certis finibus & termini-

nis aliquid circumscribere. *Lingua in ore sita est, finita dentibus.*

Flagrare amore, desiderio, id est, valde amare & desiderare. Non dici potest, quam flagrabant cupiditate. Incredibili iuris studio flagrabat.

Flagrare, pro plenum esse. Germaniam bello flagraturam intelligo. Infamia flagrare.

Fluere, pro dispergi, & in volgus dimanare. Multum sermonem de libro meo fluxisse video. Pythagoræ disciplina cum longè lateq; flueret, permanavit in hanc civitatem.

Fœdus, pro turpi.

Luxuria senectuti fœdissima est. Genus mortis fœdum.

Fortuitus, daß ohn gefehr geschicht. Ve illud non fortuitum sed diuinum videretur. Si quippiam nacti sumus fortuiti boni.

Fortuna, Haab vnd Gut. Vir honoribus amplissimis fortunisq; maximis. Im-

mi-

*minebat tuus furor omnium fortunis
& bonis.*

Fortunare, Glück zu ein Ding geben.

*Tibi patrimonium dii fortunent. E-
um honorem tibi deos fortunare vo-
lo.*

Frangere aliquem, metaphoricè.

*Pompeius Mithridatem fregit &
comminuit. Fractus & adflictus ca-
lamitate. Frangere se laboribus.*

*Frangere aliquid pro minuere, ali-
cui resistere, & ipsum tollere.*

*Confudi & fregi illius exsultantis
audaciam. Furiosam illius vim fa-
cile superare & frangere potes. Illius
furorem & petulantiam frangi. Qui-
escamus paulum dum se calor fran-
git.*

*Fraudi esse, id est, nocere, incom-
modare. Filio pietas erga patrem
fraudi esse non debet. Ab aliis dissen-
tire nemini fraudi esse debet.*

*Fraus, pro scelere. Fraudem capita-
lem admisit. Scelus ac fraudem*

nocem-

nocentis supplicio constringere.

Frejuens, pro pleno & multo.

Senatus est convocatus, frequensq;
conuenit.

Frequentissimo theatro, id est, cum
plenum esset. Nulla in concione
frequentior fuit populus.

Frequens, pro sæpè, assiduò. Fre-
quens Giphanii auditor fuit. Eo tem-
pore Roscius erat Rome frequens.

Frequentare, pro sæpè aliquid face-
re. Hanc phrasin Cicero frequentat.

Fugit me, id est, latet me, nescio.
Nulla res est in usu militari posita,
quæ huius viri scientiam fugiat. Il-
lud quàm difficile sit, te non fugit.

Fugiens vinum, crastiescens, quod
fit crallum aut longum, abgefal-
tener weicher Wein.

Fundere metaphoricè. Versus ex
tempore fundere. Iustitia se in cete-
ras virtutes fundit. Magnas hostium
copias fudit.

Fungi munere, id est, facere munus
iuum.

suum. Oculi non funguntur suo munere. Valetudo oportuna est, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.

Fungi officio. Funderer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per literas consolarer. Qui adipisci veram iustitiam gloriam volunt, iustitiam fungantur officio.

G.

GENERATIM, barbarè vniuersaliter: cui contrarium particulatim & speciatim. Generatim ea, quae maximè nota sunt, dicam. Generatim argumenta eius exponam.

Gentiles, qui sunt eiusdem gentis & familiae. Gentilis meus. Ad agnatos & gentiles deducendus, id est, homo stultus.

Gerere de negotiis priuatis & publicis. Tuum negocium gessisti bene. Sui negocii bene gerens. Gerere & administrare rempub. Ge-

Gerere generatim, pro exercere. Inimicitias cum aliquo gerere. Magna fide societatem gerunt.

Gratulari aliquam re, pro de aliqua re. Gratulor tibi ad finitatem viri boni. Populus frequens aduentu meo gratulatus est.

Grauitas loci, caeli, id est, malus aer. Corpore vix sustineo grauitatem caeli huius. Loci grauitas cum reliquis etiam sic miserrime perferenda.

H.

HABERE se bene, male, sich wol oder vbel haben. Male se res habet, es steht vbel. Cum ego me non belle haberem. Sic se res habet. Quomodo res habeat se, diutius nescire non possum.

Habere aliquem secum, auff seiner seiten haben. Brutus bonos secum habiturus est.

Habeo, cum participio passiuo iunctum: vt, Habeo expertum, id est, exper-

expertus sum. *Habeo perspectum, exploratum, id est, perspexi & exploravi. Quantum ex tuis literis habeo cognitum. Meam vitam perspectam habent. Hec res animum meum sollicitum habet. Habeo paratum, quid quaq; de re dicam. Collecta haec omnia habeo.*

Habeo, id est, intelligito, accipiro, so magstu wissen / so füg ich dir zu wissen. Illud velim sic habeas. Querebas de tuis litteris, sic ergo habeto, salutare te mihi misisse litteras.

Habeo, cum infinitivo. Hac de renibil habui ad te scribere. Quid habes dicere, &c. Illa de re tantum habeo polliceri. Hac habui obycere.

Herere, pro dubitare, nicht fortkommen / sich nicht können darausrichten. In quo etiam Democritus haeret. In ceteris subvenies, si me haerentem videris.

Haeret in aliquo peccatum, id est, ille est

est obnoxius huius peccato. *Ve peccatum hereat non in eo, qui moverit, sed in eo, qui non obtemperavit. In quo non modò crimen non haberet, sed vix &c.*

Herere in visceribus, medullis, id est, ego nunquam obliuiscar. Tu mihi heres in medullis. Cum aberis, aderis tamen & mihi in medullis ac visceribus harebis.

Heret mihi aqua, id est, ego dubito, quid hîc agere debeam nescio.

Haurire, metaphoricè pro sentire. Sumptum ex arario haurit. Voluptates, artes, dolorem haurire. Incrediblem hausi calamitates. Luctum maiorem hausi.

Humilis, semper in vitio est, & significat vel animum, vel statum aliquem abiectum.

Demissus & humilis animus. Fraëlo animo & humili supplicare alicui Parentibus nati humilibus. Quis apparitor tam humilis, tam abiectus?

I.

IACERE, mœstum, neglectum & abiectum esse, non clarum esse. *In pace iacere, quàm in bello vigere maluit. Iacent ea semper quæ apud quosq; improbantur. Iacet in mœrore, sordibus & luctu. Leges nihil valent, iudicia iacent.*

Iactari, pro exagitari & exercitari. Forensi labore iactor. Clamere conuictioq; iactatus est.

Iactare se, multa sibi adrogare. Intolerantius se iactare. Qui se insperatis pecuniis sumptuosius insolentiusq; iactant.

Iam diu & Iampridem, cum præsentis tempore; volgo cum præterito. Ego te iam diu plurimi facio. Iam pridem cupio Noribergã visere.

Id temporis, Id ætatis, pro eo tempore, ea ætate. Venit ad me id temporis, ut retinendus esset. Id ætatis iam sum, ut hæc omnia didicisse debeam.

Inv-

Imbui, metaphoricè pro repleti, doceri. *Cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Imbui erroribus; opinionum prauitate; dialecticis. Bellum nefarium, & omni odio imbutum.*

Imminere, eim Ding nahe seyn / vñnd nach demselben trachten vñ schnappen. *Imminebat tuus furor omnium fortunis. Turca ab Hungaria longè abesse, Transilvania magis imminere dicuntur. Homo ad cadem imminens. Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat.*

Implicatus aliquare, id est, irretitus, impeditus & districtus, deuinctus. *Implicari aliquo genere cursusq; viuendi. Omnes eius amicos habeo implicatos consuetudine & beneuolentia.*

Impotens, qui seipsum regere nequit. *Qui nulla impotenti letitia efferruntur. Impotenti animo homo.*

Impis

92 OBSERVATIONES

Impunè esse, pro non puniri. Si insi-
dias illi posuerit, ne sit impune.

In singulos dies, pro singulis diebus.

In dies singulos eius copia minuuntur.

In ambulare, auff und ab spazieren. In-
ambulabam domi. In viridi opacaq;
ripa in ambulare. Qui disputabant
in ambulantes in Schola.

In auratus, vbergült. In auratam statu-
am ponere.

Incidere, ere, abschneiden/ benchmen /
fürger machen.

Qui mihi pennas inciderant, nolunt
easdem renasci. Poema, quod ad Ce-
sarem composueram, incidi. Nervos
populi Romani incidere.

Incidere in es, vel in ere, id est, scul-
pere. Incidere in sepulchro, tabu-
la, &c.

Inclamare einem ruffen. Ita te para, ut
si inclamaro, a duobus. Expeditus fa-
cito ut sis, si inclamaro, ut accurras.

Inclinare absolutè, vel Inclinare se,
sich wohin lencken oder legen. Ad

Pa-

Papistas se inclinat. Senatus inclinavit ad pacem cum Pyrrho faciendam. Inclinare ad alicuius consilium.

Inclinatus, der sich auff die Seiten legt / vnd schier fallen wil. Ferre praesidium labenti atq; inclinata reipub. Laboratur vehementer, inclinata res est, id est, quasi ruinam minatur. Inclinato iam in postmeridianum tempus die.

Inclinatio, id est, mutatio. In me vnum inclinatio communium temporum incumbit. Repentina voluntatum inclinatio.

Increbrescere, pro peruolgari. Nonnullorum sermo iam increbuit, se &c. Quorum sermo imperitus increbuit. Haec consuetudo increbuit.

Inculcare, eim etwas einplewen / offe repetiren. Quid attinet, inculcare fatum? Non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcare.

Incumbere in aliquam rem, & ad aliquam

E

quam

94 OBSERVATIONES

quam rem, sich auff etwas legen.
 Tota mente in hanc curam incum-
 be. In Rempubl. omni cogitatione
 curaq; incumbere. In id studium,
 in quo estis, incumbite. Incumba-
 mus ad studia. Toto pectore ad lau-
 dem incumbere.

Index, volgo delator, ein Verräther.
 Hac omnia indices detulerunt, rei
 confessi sunt.

Inducere animum, pro in animum.
 Inducant animum divitias conte-
 mnere.

Inducere verbum novum, marem, &c.
 Germanicè auffbringen. Induce-
 re novum verbum in linguam Lati-
 nam. Novum iudiciorum morem in
 rempubl. inducere. Rem pernicio-
 sissimam in civitatem induxit.

Inducere de personis, quæ fingun-
 tur aliquid dixisse in dialogis.
 Lipsius in dialogo induxit Donzans
 disputantem. Poëta deos induxerunt
 libidine furentes.

Indu-



LINGVAE LATINAE. 95

Inducere, delere, durchstreichen. Vocabulum hoc inducendum est.

Inducere, pro fallere, decipere. Hoc me induxit. Hoc sum inductus.

Inducere soleas pedibus, & in pedes, die Schuch anziehen. Solea lignea in pedes inducuntur. Pedibus inducta sunt solea.

Indulgentia, non tantum in vitio, sed & in laude. Hoc Caesar pro sua in nos indulgentia probabit. Homines inter se naturali quadam indulgentia & benevolentia continentur.

Industria. De industria, mit fleiß/non verò calu aut fortuito. Iniurie, que nocendi causa de industria inferuntur industria aliquid facere.

Infamia, id est, mala fama, malus rumor. Inferre infamiam alicui, id est, diffamare aliquem. Flagrare infamia, ein bösen Namen haben. Ne qua generi suo nota turpitudinis & infamiae inuratur.



Infans, qui non est disertus & expeditus in loquendo, qui non bene dari potest. *Oratis neq³ nimis infans, neq³ perfecte diserta.* Scipionem accepimus infantem non fuisse, id est, satis disertum.

Infantia, cui opponitur *Eloquentia*.

Infantiam eius, quæ rem nouerit, sed eam explicare dicendo nõ queat.

Inferior, qui in aliqua re ab altero superatur. *Is belli laude non inferior fuit quam pater. Giphanius in iure ciuili laude non est inferior, quam Cuiacius fuit. Prudentia me non est inferior.*

Inferre se in locum aliquem. *Cum in templum te intulisti.*

Inferre alicui mortem, injuriam, &c. pro adficere aliquem morte & injuria. *Alicui per scelus mortem inferre.* *Stuprum puella intulit.*

Inferre, id est, conclusionem facere in Syllogismo. *Aliud quam cogebatur illatum est.*

In-

Inferre alicui, generaliter accipitur pro miserum aliquem aliqua re habere, adfligere aliquem. Bellum, arma, infesta signa, famem, & vastitatem patriae inferre. Terrorem, metum mortis, periculum capitis; alicui inferre.

Inferre sermonem, id est, in medium adferre, & ferè interloqui. In re seuera delicatum aliquem inferre sermonem.

Infestus, id est, valdè inimicus alicui. Fortuna nobis infesta fuit aliquando propitia. Iniquo infestoq; animo intueri aliquem. In omnes infestus.

Infestus, id est, periculosus, periculis obnoxius, unsicher. Bandita viam illam latrociniis infestam reddidere. Via excursionibus hostium infesta. Pirata mare infestum habent.

Inficere, pro imbuere, färben. Puer infici debet bonis artibus. Nos um-

bris, deliciis, otio & desidia animi inficimus. Opinionum pravitate infectus.

Insector, ita Cicero vocat, quem Barbari Tinctorem, ein Färber.

Inflammare, ad ardentis animi affectus Cicero transfert. Magna amore in patriam inflammatus. Ad gloriam inflammatus. Inflammatus & furens libidinibus.

Informare, gleichsam abreißen / oder abmahlen / beschreiben. Talis orator, qualem Cicero informavit, nullus reperitur.

Infraliquem, idem quod supra, inferior. Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. Humanas res despiciere, atq; infra se positas arbitrari.

Infractus, id est, valde fractus. Infractus furor illius inanes facit impetus. Non modo non infracto animo erat, sed etiam confirmato & renouato.

In-

Ingrauescere, de re graui & molesta dicitur, quando augetur, vberhand nemen. *Ingrauescit in dies intestinum malum. Morbus ingrauescens. Cum ingrauesceret annona, ut iam fames timeretur. Ingrauescens aetas, id est, senectus.*

Ingredi aliquid, ad aliquid, in aliquid, pro aliquid incipere. Ingredi disputationem. Ad dicendum ingressus. Magna spe ingredior in aliquam orationem.

Ingredi, cum infinitiuo pro incipere & aggredi aliquid. Maiores meres scribere ingressum. Hac de re ingressus eram dicere.

Iniens, pro incipiens. Ianuario ineunte cura, ut Roma sis. Ineunte vere. Ineunte aetate, id est, in pueritia. Ab ineunte aetate litterarum cupiditate incensus sum.

Inycere, pro obiter aliquid dicere, sich vernehmen/verlauten lassen: Cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere. E 4 In-

Injicere alicui manum, bey der Hand nehmen. *Manum mihi iniecit*, & paulkisser consistere & commorari coëgit.

Injicere alicui quid, id est, adfectum aliquem in aliquo concitare, erwecken. *Injicere alicui suspitionem, scrupulum, & dubitationem, timorem, &c.*

Inire magistratum, id est, initium magistratus gerundi facere. *Consulatum iniuit. Post sacerdotium initum.*

Inire gratiam ab aliquo, grossen Dank umb einen verdienen. *Si hoc mihi effeceris, solidam & grandem à me gratiam inibis.*

Inopinatus, unversehens. *Hoc mihi improvisum inopinatumq; accidit.*

Inscribere librum, intitulieren.

Inscribere alicui litteras, id est, titulum facere. *Ha littere tibi inscriptae sunt*, ist an dich geschrieben / der Überschriffte nach.

Inse-

LINGVAE LATINAE. ICE

Insectari aliquem, einen schrecklich
ausmachen / einen verfolgen. *A-*
quila insectatur, & *agitat alias*
aves. *In aliquem inuehi*, & *eum*
vehementer insectari.

Insignia, Wapen / oder ein jedes Kenn-
zeichen eines Dings. *Sceptrum* &
purpura sunt insignia Regia. *Toga*
est insigne pacis & otii. *Miseroris in-*
signia, Cic. *vocat atrum vesti-*
tum.

Insolens, qui aliquid facere non so-
let, quod usurpari non solet. *E-*
go insolens infamia semper in laude
versatus sum.

Insolentia eodem modo usurpatur.
Moueor loci insolentia, quod tantam
causam dico intra priuatos parietes,
id est, qui antè non solebam
priuatim dicere.

Instituere, bestellen / anrichten. *Institu-*
ere heredem. *Instituit sibi amicos*,
& c.

Insusurrare, propriè de vento le-
niter

niter flante : metaphoricè alicui in aurem dicere.

Integer, de corpore, frisch abgeruhet: cui opponitur *sessus*. *Integri defessis militibus succedebant. Non facile recentes & integros milites sustinebant.*

Integer, qui opibus & gloria floret.

Quos ego florentes atq; integros vici.

Integerrimas pacatissimasq; gentes illi ad diripiendum tradidisti.

Integrum alicui servare, esse, &c. Wann

man also in einer Sach gehandelt /

daß es ihm noch frey anderst zu ma-

chen. *Is rem integram ad reditum*

suum iussit esse : Man soll so lang

mit der Sach verziehen. *Causam*

omnem integram tibi reservavi.

Mihi iam non est integrum uti tuo

consilio, es ist mir nicht mehr ge-

gen / es steht nicht mehr bey mir.

mihi integrum est facere, vel non

facere.

Intelligens absolutè, der sich auff ein

Ding

LINGVAE LATINAE. 103

ding wol versteht. Non semper vulgi
iudiciū cum intelligentium iudicio
congruit. Existimator doctus & in-
telligens.

Intelligentia, ita vocat Cic. quod
nos *intellectum*, den Verstand.
Pars hominis, qua rationis atq; in-
telligentia est particeps: quo studio
& qua intelligentia hunc esse censes
in rebus rusticis.

Intendere digitum, vel *manum*, id
est, extenso digito aliquid mon-
strare.

Intendere aliquid, pro conari. Si Au-
tonius quod animo intenderat, perfi-
re potuisset.

Intendere aliquò, id est, viam & cur-
sum dirigere, ut eò, quò intendit,
maturè perueniat.

Intendere alicui, vel in aliquem tela,
pericula, &c. Ego tela intenta iugu-
lis civitatis de coniuratorum mani-
bus extorsi.

Intento, id est, contra aliquem di-
rigo.

rigo. *Non arma, non vim intentavit.*

Inter, Cic. pro inuicem. Illi inter se diligant. Voluntate similes inter se.

Inter cœnam, pro in cœna. Hanc epistolam inter cœnam dictavi.

Intercedere, non est deprecari pro aliquo, vel litem dirimere, sed tribunus plebis, qui senatusconsultam impediēbat, dicebatur intercedere.

Interior & Intimus; sic dicuntur reconditæ res & quæ non à quouis intelliguntur. Interiores & recondita littera. Sed hæc quoq; in promptu; nunc interiora videamus.

Penitus ex intimâ philosophia haurienda est Iuris disciplina.

Internoscere, id est, discernere, dinoscere. Verum à falso internoscere.

Internuntius, qui est tanquam medius inter duos, Unterhändler.

Adfiduis internuntiis cum illo egi.

Inter-

LINGVAE LATINAE. 105

Interponere se, id est, immiscere se alicui negotio. *De illare tu quod voles, facies, me nihil interpono.*

Intervallo longo, id est, longo tempore post, diu post. *Longo intervallo Romam venit.*

Inuehi in aliquem, id est, grauiter exagitare. *Petulanter, acerbè, graui- uiter, asperè, contumeliosè, in aliquem inuehi. Me, in quem inueheretur, delegerat.*

Inurere, eim ein Malzeichen einbrennen/metaphoricè. *Hanc tibi notam ad ignominiam sempiternam inussit. Ne qua generi ac nomini suo nota nefaria turpitudinis inuratur.*

Inurere dolorem, pro commouere alicui perpetuum dolorem. *Tantus illorum temporum dolor inustus est ciuitati.*

Ita, pro valdè, tam. Non ita multo post in Galliam proficiscar. Non ita multis ante annis aiunt quendam, &c. Quibus homines non ita valdè mouentur.

Item, pro similiter æquè, desselben gleichen. *Romulus augur cum fratre item augure. Spectaculum tibi iucundum, mihi non item.*

Iterum, barbarè adhuc semel. *Primo decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe. Dignus liber, qui iterum legatur. Semel atque iterum.*

Iubeo, cum infinitiuo.

Iussi ipsum valere: barbarè valedixi illi. Dionysium iube saluere, id est, salutameo nomine. Iubeo te sperare & bono animo esse. Valde iubeo gaudere te.

Iuncta verba, sic Cic. vocat, quæ nos composita, quibus opponuntur simplicia. *Prima vis est in simplicibus verbis, in coniunctis secunda.*

Iungere amicitiam, &c. *Deiotarus cum nostris hominibus consuetudines amicitiasq; iungebat. Ut omnis caritas inter duos iungatur.*

Iunctus aliquo, pro cum aliquo. *Im-*
pro-

*probitas scelere iuncta. Laudatio de-
fensione iuncta.*

*Iuratus & Iniuratus, pro qui iura-
uit aut non iuravit. Iniurato mi-
hi plus credit, quàm iurato ibi.*

Iureconsultus, pro Iurisconsultus.

*Ius iuris, barbare offa, ein Brue /
Suppen. Ius nigrũ coena sapat erat.*

L.

LABEFACTO, pro infirmo
& conuello. Barbari *Detrudo*
*vel annihilò. Perfingere ac labefa-
ctare conspirationem bonorum. La-
befactare & rescindere ab aliis con-
stituta.*

*Laborare, pro curare, sollicitum
esse. De ceteris non laboro. Labo-
rat amici causa, id est, pro amico.
De fama nihil sanè laboro, id est,
nihil curo. Dere magis quam de
verbis laborans.*

*Laborare, pro agrotare. Morbo ali-
que, laborare. Ex pedibus, ex renibus,
ex in-*

ex intestinis graviter laboro. Si esset in iis fides, in quibus esse debebat, non laboraremus.

La et me, id est, nescio, Latinum non est: sed fugi me, de quo supra.

Lautus, significat splendorem & elegantiam in rebus & hominibus. Coena magnifica & lauta. Patrimonium satis lautum dissipare. Homo lautus & urbanus.

Laxa dies. Ego diem statuo satis laxam, id est, tempus satis longum.

Legare sibi aliquem, dicebantur Cōsules aut Duces, qui Legatum aliquem sibi eligebant, qui secum iret in bellum, aut in provincias. Caesar Cassium sibi legavit.

Legere, pro eligere, deligere. Verba legenda sunt bene sonantia. Legere aliquem in Senatum.

Lenare, pro leuius facere & imminuere, schwächen / ringeren. Auctoritas lenatur inconstantia. Lenare annonam.

Li-

Libens, cui contrarium inuitus. Virum libenter an inuiti dabant.

Librarius, ein Schreiber. Legi litteras, non tuas, sed librarii tui. Tabulas ab omnibus librariis describi imperavi.

*Licet cum subiunctiuo modo, idem quod, si placet, si velis, si videatur. Vel hoc ipsi dicas licet. Orationem tibi mitto, ex qua licet pauca degustes. Sequamur Herma-
goram licebit.*

*Litura, est quando verbum aliquod inducitur & deletur. Mer-
dum scriptura tollitur litura, Wenn man falsch geschrieben / sol mans
ausleschen. Hoc verbum totum est
in litura, es ist ganz außgelescht.*

*Locare, pro faciendum aut curan-
dum aliquid alicui certa pecu-
nia committere. Edilis plate-
am sternendam locauit. Locare opus
faciendum maxima pecunia.*

*Locare se & operas, id est, seruire a-
licui*

licui pro pecunia. Locat se non minus 200. fl. annuis. Hominis operam non caballi locavi: Petronius. Longè esse, vel abesse, pro procul distare. Quam longè hinc est in Galliam? Augusta quam longè sit nescio. Longè, cum posiriuo & superlatiuo. Longè diuersus. Longè diuersissimus, & longissimè diuersus. Vir longè post natos homines improbissimus.

Longum est dicere, longius aliquid facere. De omnibus longum est mihi dicere, praesertim ad alia properanti. Non faciam longius: huc enim pertinet.

Longius nihil est; ita Cicero loquitur ingens desiderium exprimens.

Nihil sibi fuisse longius, quàm ut me videres. Nihil mihi longius, quàm colloquio tuo frui.

Lucet, vel Lucescit, es wird Tag. Cum advesperasceret, ita noctu iter feci, ut po-

L I N G V A E L A T I N A E. III

ut postridie cum lucefceret, illic essem. Nondum legere poteramus, nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat.

Lux, pro die. Hac est centesima lux ab interitu Clodii. Luce in foro palam agredi, bey hellem Tag. Prima luce, Morgens frühe.

Ludibundus facit aliquid, vel aliquo venit, id est, quasi ludendo & iocando, nec multum sollicitus. Hoc si effecero, cetera ludibundus perficiam.

Lumen, vulgo candela. Noctu lumine apposito experrectus. Vos mihi tantis tenebris clarissimum lumen pretulistis.

Lumina, pro oculis. Democritus luminibus amissis alba & atra discernere non poterat.

M.

MALVM, increpandi vox, sum Zeuffel. Qua (malum) stultitia fuit. Man-

Mancipium; res quæ possidetur, siue dominium & proprietas.

Sum usu tuus, possessione Attici: ergo fructus est tuus, mancipium illius.

Mandare alicui honores, magistratus, pro concedere. Mihi magistratum pop. Romanus mandavit.

Mandare litteris, monumentis, historiis, versibus, animis, &c. de ijs quæ conseruari volumus.

Hoc Caesaris factum immortalitati mandavit Virgilius. Percipite quæ dicam, & ea penitus animis vestris inuicibusq; mandate.

Manare; propriè est fluere, metaphoricè oriri ex aliquo, & peruenire aliquò. Herculis simulacrum multo sudore manavit. Rumor sine capite manans, & cuius auctor non exstat. Hoc malum per totam Germaniam manavit. Peccata ex vitiis manant.

Maximè iunctum cum qui vel cum, als jemals / als je immer seyn, mag.

Do

Domus celebratur (id est, plena est) ut cum maximè. Tam te amo, quam qui maximè.

Maximè, pro imprimis, præsertim. Legenda sunt historia, maximè Romanae. Putavi aliquid scribendum esse: eò maximè, quod animi penderes.

Medios vocat Cic. quos volgus neutrales, qui neutram partem sequantur. In medium venire, proferre, vocare, et was herfür bringen. Primum veniat in medium Epicuri ratio. Cogitata in medium proferre.

Memini; cum præsentis infinitivo. Memini me legere, id est, me legisse.

Memoria; pro ætate vel tempore. Omnia bella, quæ memoria nostra fuerunt: Princeps huius memoriae iurisconsultorum. Tanta multitudo quanta mea memoria nunquam ullo in iudicio fuit.

Memoria; pro scriptis, hoc est, monumentum.

114 OBSERVATIONES

numentis, quibus res gestæ cō-
servantur.

Merces, annui redditus ex fundis &
prædiis. *Vides*, si amicitiam emo-
lumento metiare, summas familiaria-
ritates prædiorum pretiosorum mer-
cede superari.

Merere, pro militare sub aliquo.
Murena adolescens Pompeio impe-
ratore meruit. *Aliqua* stipendia me-
ruit: Er hat etlich Züg gethan.

Micare de venis, id est, pulsare.
Vena & *arteria* micare non desi-
nunt.

Mihi, sæpè supervacaneum, vt &
Germanis. *Is etiam mihi gloria-
tur se*, &c. Er darff mir noch wol
viel daher schwagen.

Miscere, pro infundere vinum.
Qui alteri misceat mulsum, ipse non
sitiens.

Mitto, pro nolo. *Mitto hic aliquid
commemorare*, ich geschweig / wil
nicht sagen.

Mit-

LINGVAE LATINAE. III

Mitto, de amissa maxima parte exercitus.

Mittere vocem, ridicula, pro dicere, Vocem pro republ. nemo misit. Iacere ac mittere ridicula coepit.

Missum facere cum, qui in nostra potestate aut nobiscum est, dimittere. *Legiones bello confecto missas fecit.*

Missam facere rem aliquam, id est, omittere, praetermittere, bleiben lassen. Sed missa haec facio, quae iam facta sunt. Qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores, id est, ne petant aut capiant.

Momentum, pro puncto temporis.

Minimis momentis maxima inclinationes temporum fiunt. Paulo momento huc illuc impellitur, id est, est inconstans.

Momentum, pro vi, valore & pondere rei, est viel oder wenig daran gelegen. Illud est maximi momenti & ponderis. Vnaquaeque

rem

rem existimare, momentoq^{ue} suo ponderare. In his maxima momenta sunt ad beatè vivendum. In repub. permagni momenti est inclinatio temporum.

Momentum, pro occasione vel mutatione temporum.

Mordicus auferre, abbeissen. *Auriculam mihi mordicus abstulit.*

Morari aliquem, pro impedire. *auffziehen. Abire cogito, sed me factor moratur.*

Movere se loco, id est, abire.

Moveri possessionibus & penatibus suis, id est, vi exturbari & eijci.

Multò, cum superlativo iungitur.

Conspectus mihi vester multò iucundissimus est visus. Pars multò maxima.

Multus in re aliqua, qui diu in re versatus est, vel etiam nimis prolixus.

Multum esse, multi putari, id est, magni existimari, magni fieri.

No-

tate prouectior. Sic: maior natu, minor, natu, maximus natu.

Nauare operam, id est, benè collocare, die Arbeit wol anlegen. Et quidem iam uideor mihi nauasse operam, quod huc uenerim.

Nedum, id est, multò minùs. Me nihil istorum ne iuuenem quidem mouit unquam, nedum senem.

Nefas esse uel haberi, pro non licere. Pacatos turbare nefas est. Iehouã Egyptij nefas habent nominare.

Nomen, idem quod debitum. Exigere sua nomina. Pecuniam in nominibus & non numeratam habet.

Nubere alicui, cum aliquo, & in domum alicuius. Cum illo nupta est soror. In amplissimam familiam nubere.

Nullus, pro non. Quicquid sibi uelit, nullus adsequor. Comicozum est.

Numerare, pro soluere, bezahlen. Militibus stipendium numerare.

Numerus, pro loco, existimatione.

Ille

Ille tibi fuit parentis numero. Esse in aliquo numero. In nullo oratorum numero fuit. In oratorum numerum venire.

Nuntius, der Bote und die Botschaft. Nuncium barbarum est. Ex Ungaria tristes nuncij venerunt.

O.

OBDURESCERE ad aliquid, contra aliquid, durch Gewonheit gegen ein Ding verherren/ daß man nicht darnach fragt.

Obire, pro circumire locum. Totam Siciliam 50. diebus obij. Fundos suos obire & res rusticas inuisere.

Obirerem, pro exequi, peragere. Quantum ceteris ad res suas obeundas conceditur temporis. Obire negotia.

Observare, einen in Ehren halten. Qui me sicut alterum parentem & observat & diligit, Colere & observare aliquem. Sic.

F 2

Obi

Observans, observantia. Ille est nostris observantissimus. Mea tibi observantia nunquam defuit.

Obfigurare, versigeln / verpitschirn.

Obstruere lumini, eim im Weg stehen / eim den prospect nehmen.

Obtestari, pro suppliciter rogare.

Tuam fidem obtestor. Id ut facias te obtestor atq; obsecro.

Obtingere, eim zufallen. In sortiendo Gallia mihi provincia obtingit. Si quid obtigerit, equo animo paratq; moriar.

Obtusus, vis videndi in oculo, visus.

Hec res ocularum obtusum effugit.

Obtusum aliquò figere.

Obversari, in dem Sinn liegen. Ipsa veritas & recta ratio mihi obversatur.

Mihi obversatur ante oculos reipub. dignitas.

Ocurrere alicui, metaphoricè, eim zuvor kommen / eim widerstehen.

Offenderè, stoßen / anstoßen. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris ni-

bil

hil offendat, nusquam incurrat? Is ex equo cecidit, & laevis offendit vehementer, Er ist vom Pferd gefallen / vnd hat den Schenckel zubrochen.

Officere alicui, eim in der Sonnen / im Liecht stehen. *Officere apricanti*, id est, soli se exponenti. *Terra umbra soli officit*.

Offundere alicui tenebras, id est, obscurare. *Tu vitâ, quam turpiter egisti, maioribus tuis magnas offudisti tenebras*. Hic error & haec indoctorum animis offusa caligo.

Omnis, pro toto. *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur*. *Omne caelum totamq; terram mente completi*.

Opera, arum, id est, operarii, die bedingten Leut / die was thun sollen. *Operis typographicis hoc mendum imputetur*, dem Setzer.

Oportunus, pro commodo. *Cetera res oportuna sunt, singula rebus ferè*

singulis: diuitiæ, ut utaris: opes, ut colaris.

Opus, pro ipso artificio, vel quod arte aliqua perfectum est. Tabula omni antiquo opere & summo artificio facta. Stragulum magnificis operibus pictum.

Ortus; pro origine & initio. Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. Quod nullum habet ortum.

Otium, vocabant tempus, quo bellum non erat, & litteris operam dabant. Honestæ studia per otium concelebrata ab optimis viris.

P.

PAR, atq; Si par in nobis atq; in illo scientia fuisset. *Mihi omnia paria tecum sunt, Ich bin so gut / so edel / so reich / etc. als du.*

Pariter, id est, similiter, pari modo. Pecunia pariter omnes egemus. Video pariter dominorum & seruorum greges.

Pa-

Pariter, pro vnà cum.

Parte magna, & ex magna parte. Magna parte ad verum accedit. Omnino, aut magna ex parte liberatus.

Partes, sæpè omittitur, eleganter.

Giphano sine controuersia in iure prima deferenda sunt, debentur. Facile primas tenet, scilicet partes.

Pace tua dixerim. Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo.

Peius odisse, fugere, pro plus, magis. Neminem te peius odi. Cane peius & angue odisse, fugere aliquem, spinnem scinde.

Pendere, & Pendere animi vel animo, pro dubitare anxium esse. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Animi pendeo de te & de me. Expectando & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur,

Per sæpè permissionem significat.

Per me quidem facies ut uoles, meint-halben. Ego tibi per aetatem filii loco esse possem. Per leges non licet.

*Peragrarè, durchreisen. Omnes provinci-
as peragravit.*

*Percrebrescere, zunehmen, divulgari.
Res percrebuit, in ore atq; sermone o-
mnium esse cœpit. Cum fama de vi-
ctoria illa percrebuit. Opinio apud
exterâs nationes omnium sermone
percrebuit.*

*Percutere, de instrumentis grauioribus
dicitur, quibus vulneramur vel occidimur:
verberare, de virgis & fustibus.*

*Perducere, wohin bringen. Ira illum
ad mortem perduxit. Perduxit me
ad suam sententiam.*

Perfugiũ, volgò refugium, Zuflucht.

*Perfundere, begießen. metaphoricè
pro adficere, replere aliquem.*

Perhorrescere, ob eim ding erschrecken.

*Non solùm commoueor animo, sed
etiam toto corpore perhorresco. Illi-
us diei memoriam perhorresco.*

*Periculum est, es ist zu besorgen. Sum-
mum erat periculum, ne si nihil
impe-*

impetrarent, à senatu alienarentur.

Periculo suo, pro sumptu vel damno suo. Sed etiam atq; etiam dico, tuo periculo fiet. Ich sag dir zuvor/ gerichts nicht/ so solls dir schaden. Meo periculo hoc facias, ich wil dafür gut seyn.

Perinde, pro similiter, tamquam, æquè. Latatur, perinde ac si iam vicerit. Meas iniurias perinde doleas, ut me existimas dolere tuas. In luctu capillum euellit, perinde quasi moror salutio leuaretur, eben als wenn.

Permiscere aliquo, & cum aliquo. Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. Ne sordes tuas cum tantorum virorum splendore permisceas.

Permulcere, ein wol vnd sanfft thun/ lieblich streichen/ wie die Hund. Sonus permulcet aures. Auditorem permulcere atq; allicere.

Permutare pecuniã, Geldt auff Wech-

sel thun / & auff Wechsel von Kauff-
leuten nehmen. *Noriberga permu-
tabis, quod sit in annum sumptuum
satis.*

Perpetua oratio, wenn man nun fore-
fehrt / vnd niemand dazwischen re-
det. *Pompeium oratione perpetua
accusavit*

Perquam, pro valdè.

Perscribere, generaliter pro refero-
re in tabulas vel priuatas vel
publicas. *Constituti, qui omnium
iudicium dicta perscriberent.*

Perstringere aliquem, id est, dicendo
aliquem describere & repre-
hendere. *Voluntatem meam aspe-
rioribus verbis sapè perstrinxit im-
punè.*

Ponere tempus, studium in re, &c. Mul-
tum opera in ea re posui. *Se totum in
emendandis auctoribus ponere. In
republ. omnis nostra cura, cogitatio,
opera poni debet.*

Ponere in laude, pro numerare,
exi-



existimare. Latine loqui in magna laude ponendum. Mala consuetudo loquendi in vitio ponitur. Ponere aliquid in loco beneficii, loco sceleris. Ponere mortem in malis.

Ponere beneficium, anlegen. Optimè apud ipsum operam posueris. Benè, preclarissime studium suum & officium, apud aliquem ponere.

Ponere, pro magni aestimare. Credibile non est, quantum in prudentia tua & fide ponam.

Postulare, pro accusare. Postulare aliquem de vi, de ambitu.

Potestas, pro ratione & consilio: vt, Exire de potestate, id est, non esse apud se, incidere in ecstasim, seiner nicht mächtig seyn/in ein Ohnmacht fallen. Iratos dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente.

Potio, ein Trunck. Tribus potionibus è lege siccatis: Petron.

Potiri rerum, regni, pro regnum tenere. Roma rerū potita. Pe-

Potius esse vel ducere, pro anteferre. Fama potior esse debet, quam divitia. Mors civibus Romanis servitute potior. Cum domum rediissem, nihil mihi fuit potius, quam ut ad te scriberem.

Præ, pro propter. Præ lacrymis loqui non potest. Præ sollicitudine plura scribere non possum. Præ cura iocari non peteram.

Præcidere, propriè amputare, abschneiden. Manuum illi gladio præcidit.

Præcidere, metaphoricè pro auferre, abrumperre, benehmen/beschneiden.

Præcidere, furqum b versagen. Nunquam reo tam humili, tam nocenti, tam præcisè negavi, quam hic mihi planè sine ulla exceptione præcidit, id est, negavit.

Præcipitare, pro se præcipitare, præcipitari seu præcipitem ferri. Reipubl. præcipitanti subvenire.

Sol

*Sol iam precipitans, id est, occi-
dens. Loca ubi Danubius precipi-
tat ex altissimis montibus.*

*Præcipuè, non significat præser-
tim, sed singulariter, præ cæte-
ris. Nihil tibi præcipuè timendum
est: id est, nobis tam timendum
est, quàm tibi. Nil sibi appetit præ-
cipuè, vult communi atq; eodem quo
cæteri iure vivere.*

*Præcurrere aliquem & alicui, pro
præcedere, quod apud Cic. non
exstat. Horum uterq; Isocratem æ-
tate præcurrit. Illum tibi præcurre-
re vix honestum est. Homo iners
diligentem non præcurrit.*

*Præfari aliquid, zuvorsprechen. Anti-
qui omnibus rebus agendis, quod bo-
num faustumq; esset præfabantur.*

*Præfari honorem, veniam, vmb Ver-
zeihung bitten/ wann einer was gro-
bes fürbringen wil.*

*Præstare, id est, pro suo periculo in
se recipere, gut für ein Ding seyn/*

versprechen / zusagen. *Hunc rano-
rem verum esse quis prestare poterit?
Prestabo sumptum nusquam melius
poni posse. Perge, istam culpam
quam vereris, ego prestabo. Prestabo,
si Casarem bene novi, eum tua digni-
tatis rationem habiturum. Me non
ingratum esse prestabo.*

*Presto esse, pro adesse. Cui causa tu
quoque, presto fuisti. Miles Duci suo ad
aciem presto fuit.*

*Prater ceteros, pro præ cæteris. At-
tici in eo genere prater ceteros ex-
cellunt. Hac de re nihil habeo, quod
prater ceteros, ipse sentiam.*

*Primo quoque tempore, pro quàm pri-
mùm potest, quantum potest.
Peto ut primo quoque die huc adveni-
as. Interest omnes copias in unum
locum primo quoque tempore con-
uenire.*

*Princeps, pro primus. Aristoteles
princeps ausus est Logice præcep-
tis comprehendere.*

Pri-

Privilegium, Cicroni est lex de
 priuato homine lata, & ple-
 rumq; in vitio ponitur, *Cives*
indemnatos exturbare privilegiis
tyrannicis irrogatis.

Pro, idem quod volgò secundum.

Hec pro tua prudentia considerabis.

Te pro admirabili tua ac singulari
sapientia &c.

Pro, idem quod antè. *Milites presi-*
diarii pro templis collocati. Sedens
pro ad Castoris.

Probè, pro benè & rectè. *Quem tu*
probè nouisti. Probè teneo, scio. Il-
lud probè iudicas, dicis. De Satur-
nino curasti probè.

Procedere honoribus, id est, ad maio-
 res honores peruenire. *Is pro-*
cessisset honoribus longius, nisi semper
infirma atq; agra valetudine esset.

Procedere, pro succedere, fortgehen.

Omnia, ut spero, prospere procedent.

Benè, pulchrè, parùm alicui proce-
dere. Nonnunquam summis o-

rato-

ratoribus, non satis ex sententia e-
uentus dicendi procedit.

Procedere ratione & via, ita dicitur
oratio quæ methodicè & bono
ordine seu methodo institui-
tur.

Prodire, pro exire ex ædibus. *Scio
te in publicum non prodire. Obuiam
alicui prodire.*

Prodere, id est, rei alicuius memo-
riam, scriptis, vel alio modo ad
posterios transmittere. *Rem
hanc à patribus acceptam ad poste-
ros prodiderunt. Sermonem alicuius
memoria prodere. Memoria ac litte-
ris proditum est. Vide supra Me-
moriam.*

*Proscribere domum, agrum, &c. in-
scribere esse venalem, procla-
mare, publicare. Bona alicuius
proscribere. Non potest quæ proscri-
bit, vendere. Auctionem se facturum
esse proscribit.*

*Proscribere, pro relegare, in exili-
um e-*

um eijcere. *Antonius Ciceronem*
proseripfit.

Prosequi, honoris vel officii causa
 aliquem sequi, vel comitari,
 das Gleidt geben. *Domitium*
cum equis persecuti sunt, zu Pferde
 das Gleidt geben.

Prosequi in dicendo, pro *persequi*,
 außführen/vollenden. *Non longius*
id prosequar, quam mea fides postu-
labit. Hunc locum totum Giphanius
prosecutus est. Ea quae sentio de omni
genere dicendi subtiliter prosequar.

Prouehere, metaphoricè de varijs
 dicitur, pro adducere, persuā-
 dere, facere, vt quis longius in
 spe, vel oratione, vel alijs arte-
 tibus perueniat.

Proximè aliquem, pro post aliquē.
Operam da, ut cum tuis copiis quam
proximè Viennam sis. Proximè &
secundum Deos, homines hominibus
maximè utiles esse possunt.

Pulvinus, ein Küssen / Polster / non
 verò *pulvinar.* Pul-

Pulvinum poposcit, & omnes in ijs sedibus, quæ erant sub arbore, confiderunt.

Q. V A, pro quoad, quantum attinet, vel etiam pro tanquam. Quæ genere, quæ virtute nobilis. Eum odere, quæ viri quæ mulieres.

Quadrare, vel in quadrum redigere orationem, idem est, quod explere, & suis numeris perficere. Sic minimè aduertitur delectationis aucupium, & quadranda orationis industria. Redigere sententias in quadrum numerum.

Quarere dicitur iudex, qui inquirat aliquid, vel verbis, vel tormentis.

Quàm, de tempore eleganter dicitur. Litteras tuas postridiè quàm accepit, den andern Tag nach dem er ihn empfangen. Tabellarii venerunt post diè quadragesimū & sextū quàm à nobis discesserant. Undecimo die post, quàm à te discesseram.

Quamobrem, pro cur, in media oratione. *Multa mihi veniebant in mentem*, quamobrem ita fore putarem. *Nihil rationis adfers*, quamobrem si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit.

Quando, pro quoniam.

Quemadmodum, pro quomodo.

Queri aliquid & cum aliquo.

Quid, *Quid enim?* *Quid ergo?* Voces sunt contendendi, quando nobiscum vel cum aliis quasi rixamur. *Quid?* *Aristotelem nonne miramur?*

Quid, quod, in contendendo quoque eo utimur, was sagst darzu? *Quid*, quod sapientissimus quisque equo animo meretur.

Quid multa? pro quid opus est verbis? *Gravate illo primo*, quid multa? *Impetrat*.

Quid est cur. *Quid est quod*, quamobrem, &c. pro cur. *Quid est quod tu alios accuses*. *Quid est quamokre illi huc venire non liceat*. *Quin*

Quidem, ferè in fine positum.

Quin varia significat, de quib. vide Schorum.

Quomodo pro velut, sicut. *Postulatio brevis* & (quomodo mihi persuadeo) aliquantò equior. *Ita me consulem fecistis*, quomodo pauci in hac civitate facti sunt.

R.

RECENS, id est, novus. In altera epistula, qua mihi recentior videbatur. *Homerus recens* ab illorum atate fuit. *Exspecto recens* aliquid, id est, novum.

Redigere, bona, pecuniam, id est, conficere, colligere: Geldt auffbringen / zu Geldt machen. *Redigere pecuniam ex bonis venditis*. *Redigere pecuniam ex vectigalibus*.

Redigere in memoriam, erinnern.

Redemptor, qui aliquid conducit.

Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam.

Redun-

Redundare, pro superfluum esse. In definitionibus neq₂ abesse quicquam debet, neq₃ redundare.

Referre animum, oculos ad aliquid. Age nunc, refer animum, sis ad veritatem & considera. Animum & oculos ad illum refer.

Referre acceptum datum, pro scribere in libro suo se accepisse vel expendisse.

Referre ad aliquem Verichte begehren. De rebus obscuris & incertis ad Apollinem referendum.

Reficere, volgò refocillare, erquickten.

Refutare, pro vi reprimere. Si in me impetum facere conabitur, resistano, & eius conatum refutabo. Turcam bello refutare.

Relaxare aliquid ab aliquo, metaphoricè pro liberare & eximere.

Relevare, pro leuare, leichter machen.

Ad breue quoddam tempus cura &



metu releuari. Animus molestiis releuatur.

Remittere, nachlassen / cui opponitur intendere, ingrauescere.

Remittere, volgò condonare, nachlassen. Tibi remitto atq; concedo ut eum defendas. Cum mihi centum florenos deberet, viginti ipsi remisi.

Remunerare, vel ari aliquem.

Renunciare, aufssagen / aufstünden.

Reponere, zu ein hauffen rechen. Homines mortuos in Deos reponere. Te in meis repono. In numero proborum hominum reponi.

Reuellere, est vitollere id quod fixum est. Ungaria est ianua Germania, qua effracta & reuulsa, tota patet Austria.

De corpore alicuius tela reuellere.

Qui ius civile contemnit, is vincula iudiciorum reuellit.

Rogare legem.

Lex de ciuium supplicio rogata.

Rogatio, quæstio, qua magistratus popu-

populum rogabat, vellet ne hoc vel illud fieri.

Promulgabatur ab illo rogatio de mea pernicie.

S.

SALUBRIS & Salutaris, heylsam/nũh vnd gesund. Salutifer vulgò. *Tractatio litterarum mihi salutaris fuit. Nec amœnus nec salutaris locus. Salubrisne, an pestilens annus futurus sit.*

Sarta tecta, dicebantur ædificia, quæ integra & perfecta essent, vt nihil desiderari posset.

Scribere sua manu, vulgò propria manu.

Legimus litteras, & scriptum ipsius manu.

*Secundum, id est, proximè post. Secundum te nemo mihi est illo amicio-
or. Duo vulnera accepit, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Secundum hæc verba, id est, statim post, apud Petronium.*

Secun-

Secundum, idem quod pro. *Prætor secundum me iudicavit. Secundum me sententiam dixit.*

Sermo, Ciceroni idem quod *Dialogus*. *Feci sermonem habitum inter nos.*

Sermonem dare, in sermonem venire, den Leuten ins Maul kommen. *In sermonem hominum atq; in magnam vituperationem venirem. Si tibi manerem, varias hominibus sermones darem. Varios sermones excitarem.*

Signum, idem quod *Sigillum*.

Nec signum tuum in epistula, nec dies appositus est.

Similiter, ut, ac, atq; *Similiter facit ut si quis, &c. Tu qui hoc quaris, similiter facis ac si me roges cur, &c.*

Simul, simul ac, simulatq; *simul ut, also bald/ so bald. Qui simul me vidit, ut vales inquit. Simul ac potestas primum data est. Simul ut videro, compellabo eum. Simul atq; aliquid audiero, ad te scribam.*

Soli-

Solitudo, de homine quoque dicitur, qui ferè ab omnibus desertus est.

Spatium, pro loco, in quo ambulare aut spatium animi aut colloquendi causa, aut etiam ubi currere & exercere se solebant.

Statim, ut, pro simul atque, als bald.

Stare aliquare, pro constanter manere, acquiescere, zu frieden seyn.

Stomachus, pro indignatione, ira.

Homo exarsit iracundia & stomacho.

Studere alicui, pro fauere, operam dare.

Studiosus alicuius, id est, fauens. *Ego mei studiosos habeo cuius. Atti ei nostri te valdè studiosum cognovi.*

Studium, pro fauore, amore.

Studere, pro vehementer cupere, operam dare. *Ego semper otio studui. Studeo scire quid egeris. Studeo ex te audire.*

G Sum.

Summa alicuius rei, in quo tota res posita est siue consistit. Summam rerum administrans, id est, Imperator. In hoc summa iudicij totaq; causa consistit. Voluntas mea de summa reip. semper eadem fuit, quae tua.

Ad summam, volgò summa summarum. Deinde ad summam arbitrium me statuebam, daß ihrs nun alles wisset.

*Sumere, barbarè præsumere, vnter-
stehen. Mihi non tantum sumo neq;
arrogo. Tantum mihi sumpsi, ut
reipubl. gubernacula prehende-
rem.*

*Superare, pro superesse, rēstare.
Quantum pecunia superat. De eo,
quod ipsi superat, aliis gratificari
volt.*

*Suscipere, pro creare comparare.
Animo aut spe maiora suscipere.*

*Suscipi, pro nasci. Rempub. cui susce-
ptus es, respice. Qui à parentibus
suscep-*

suscepti educatiq; sunt. In lucem
suscipi. Liberos suscipere.

Sustinere se, currum, equum, &c. pro
reprimere, retinere, zurück hal-
ten. Qui de omnibus sustinet se ab
adsentiendo. Sustinebo equos si lo-
cus is, quo ferentur equi, praecep-
erit. Qui è saxo praecipitavit, susti-
nere se cum velit, non potest.

Sustentare, idem significat. Ut se ipse
sustentat, ut omnia verba modera-
tur? Edificationem ad tuum ad-
ventum sustentari placebat.

T.

TABERNA, ein Krämersto-
den. Occlusis tabernis quastus mi-
nui solet.

Tabernarius, qui in tabernis ali-
quid vendit, ein Kramer.

Tacitus, pro eo qui tacet. Hoc ta-
citus nullo modo praterire possum.

Tacitum; pro eo qui tacetur, oc-
cul-

cultus. Si voluntas tacitis verbis intelligi posset, verbis non uteremur.

Tenere, de animi affectionibus dicitur. *Quæ te tenuit tanta dementia? Mirum me desiderium tenet urbis. Neque ira neque gratia teneri.*

Tentare, angreifen / betasten. Res propè manu tentari potest. *Flumen ita frigidum, ut vix pede tentari possit.*

Tentari morbo, cum quædam initia sentimus. *Scripseras te quodam valetudinis genere tentari.*

Testari aliquem, id est, testem implorare. *Deum testor, me integro animo hoc facere. Ipsum meum fratrem testatus est se egisse. Deos hominesque testor, Ich wilts vor Gott und der Welt bezeugen.*

Transmittere, absolutè idem notat quod trajcere. *Cæsar in Africam transmisit.*

Tur-

Turbare, pro confundere, commouere. *Miscere* & *turbare* omnia. *Hec non scribo*, que palam in repub. turbantur. *Omnia infima summis paria fecit*, turbauit, miscuit.

V.

V*VACATIO*, volgò *vacantia*. Nos vitam beatam in vacatione rerum omnium ponimus, id est, wann man gar nichts zuthun hat. *Dare alicui vacationem laboris & militiae*. *Habere vacationem publici muneris*, darvon befreuet seyn.

Vacillantes littere, id est, non rectè & ordine scriptæ, trumb geschrieben.

Accepi tuam epistolam vacillantibus litteris.

Vacare, non occupatum esse. *Scribes aliquid, si vacabis*. *Tantum*

*Philologia tribuendum, quantum
vacabit a iuris studio.*

*Vbi terrarum, gentium, id est, vbi.
Vbi terrarum sit nescio. Vbi nam
gentium sumus,*

*Vehens & invehens, pro eo qui ve-
hitur. Triton natantibus inue-
hens belluis, der auffm Wallfisch
herein fahrt.*

*Venia, idem quod pax, de quo su-
pra. Bona hoc tua venia dixe-
rim.*

*Venit hereditas, ein was ansterben.
Mibi à propinquo hereditas per-
magna venit.*

Venit mihi in mentem illius.

*Versuram facere, volgò pecuniam
accipere ad interesse. Non mo-
do magno sed iniquissimo fœnore
versuram facere coactus sum.*

Versus, volgò linea, ein Zeil.

*Primus versus epistula. Multos
versus uno spiritu pronunciare.*

*Vertens annus, id est, integer, per-
fectus.*

fectus. Sol anno vertente, Zodiacum lustrat, in eim Jahr gehts durch all 12. Zeichen.

Vis, id est, significatio vocabuli. Quae vis insit in his verbis, si attendes, intelliges. Vim verbi in aliud, atque ceteri accipiant, ducere. Ad huiusce verbi vim & interpretationem.

Visum, ein Gesicht.

Visa somniantium. Dormienti tale visum obiectum est. Cum me collegissem, id visum pro nihilo habendum duxi.

Vsque eò ut, pro adeo ut. Quod Amerinis vsque eò visum est indignum, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret.

Vsque, pro vsque ad.

Vsura, idem quod vsus.

Lucis usuram alicui eripere, id est, occidere.

Vsus, pro utilitate. Tironem propter modestiam malo saluum, quam

propter usum meum. Conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos coniungere.

Usus, pro familiaritate. Est mihi cum eo domesticus usus & consuetudo. *Vetus usus* inter nos intercedit. Cum illo summus est mihi usus.

Usu venire, pro accidere, evenire. Hoc mihi usu venturum non arbitrabar.

Vt, pro postquam. *Vt ab urbe discessi*, nullum intermisi diem quin & c.

Vt, pro quamvis,posito, concesso, dato.

Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, que volo, leuari non possum. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.

Vt, admirantis pro quomodo. *Vt ille tam humilis & dimissus erat*, wie war er da so demüthig.

Vt

Ut, pro ut non.

Vereor ut hoc tibi probem, Ich besorg/ du wirst dir nicht gefallen lassen. Vereor ut his sis contentus.

Ut ne, pro ne.

Me obsecrare cepit ut ne se desererem.

Utique, pro igitur, omnino, saepe etiam ornatus tantum gratia ponitur.

Illud utiq³, scire cupio. Quid censes mihi faciendum utiq³, scribito.

Utq³, siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, ea manet opinio.

Ut aliqua re, pro habere aliquid.

Adversis ventis usi sumus. In care urbe summis honoribus Imperiisq³, usi. Caesar regno uti voluit.

Ut aliquo, pro familiarem esse alicui, multum versari cu aliquo.

Lucius multum utitur Bruto.

Lucio familiarissime utor.

Trebatio multos annos utor, valde familiariter.

F I N I S.



HELMÆSTADI,
E Typographæio LVCIORVM,




Impensis IEREMIAE RIXNERI,
Anno 1629.





A


H







































































276



15896

ULB Halle
007 397 526

3



VD17 58

R





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ILLVSTRIS
SPERIS
OPPI CL
ROMANI,
TI PETRI E.
S, CONSILIA-
FERDINANDI
ARCHIDVCIS, &c.
RVATIONES
HAE LATINAE,
*am & usum stu-
ulescentia nunc ite-
um edita.*

L MAESTADI,
IORVM, sumptibus
IAE RIXNERI,
no clb loc XXIX.

12

